




XXIV-7-16

11-1119



1429 R 1249
CATALOGVS

SIMPLICIVM MEDIC A-
mentorum , quæ in vſitatis huius tem-
poris compositionibus præsertim Me-
ſuæ & Nicolai aliorum penuria
inuicem ſupponūtur, tum ex
Dioscoride, Galeno, Ae-
tio, & Paulo , tum
etiam ex Ara-
bibus.



Antiballomena Græcis dicuntur,
& nostræ ætatis medicis,
Quid pro Quo.

*Ioāne Fragoso Toletano medico & Regiae
Majestatis Chirурgo, Autore.*

Cum priuilegio regis.

COMPLVTI.

*Apud Petrum Robles &
Ioannem De Villanova.*

Anno. 1566.



21 MELTEGIMI
BIBLIOTHECA VATICANA
LIBRIS COPIIS ET INCUNABULIS
PRESERVATORIA
BIBLIOPOLIS EDITIONE
1561. CLOVIS
CENSUS CX A.D.
PIPERI
ANTONIO GALLARDO
ACUITIONE ET MENTIONE
GREGORIO GO.

ANNO 1560. LIBRARIA VATICANA
MILLELITERA LIBRARIA

CUM BIBLIOTECIS LIBRIS

CE. 1560. 02

LIBRARIA VATICANA
MILLELITERA LIBRARIA

Errores emendati.

Folio 1. pa. 1. li. 3. omnes, pro amnes. pa. 2. li. 2. ex eo
pro eo, fo. 2. p. 2. li. 12. abrogatum, pro abrotonū
fo. 3. pa. 1. li. 17. radicibus, pro radicibus acori, fo. 4.
pa. 1. li. 12. cordis procordus, fo. 7. pa. 1. li. 5. scoria
pro escoria aeris, pag. 2. li. 8. flatus sis pro flatu sic, fo.
15. p. 2. li. ult. tremor pro crenor, fo. 28. pa. 2. li. 16.
canesti pro canela fo. 32. pa. 1. li. 1. sustituit pro sub
sticuit, fo. 35. pa. 1. li. 19. nenta pro ñeta, fo. 36. pa.
2. li. 7. est pro cum, fo. 42. pa. 1. li. 18. nomine pro no
mine lapis, fo. 47. pa. 2. li. 12. offics pro officinis fo.
52. pa. 1. li. n. 6. solijs pro folijs, & lin. ultima amabo
pro ambo, fol. 55. pa. 1. li. 11. libro pro libros, fo. 57.
pag. 1. lin. 2. maga pro magna, fol. 61. pag. 1. lin. 5.
nempe pro nemo, fol. 72. pa. 1. lin. 10. una pro uua
fo. 79. pa. 1. lin. 22. interium pro interim, fo. 91. pa.
1. lin. 4. referenda pro referendum, fo. 97. pa. 1. lin.
12. corrigida pro corrigiola. fo. 105. p. 1. li. 4. squam
ma pro squamma aeris, fo. 110. pa. 2. lin. ulti. aculca
tas pro aculeatas, fo. 120. pa. 1. lin. 2. ibi pro ubi fo.
124. p. 2. lin. 17. reperitur, pro reperitur apposuit.

El Rey.

Dor quanto por parte de vos
el licenciado Fragoso medi-
co y çurujano de la serenissi-
ma reyna nuestra muy cata
y muy amada muger nos ha sido hecha
relacion que vos auia des compuesto vn
libro yntitulado catalagus simpliciū me-
dicamentorū: el qual era muy vtil y pro-
uechoso y os dimos licencia y facultad
para le ymprimir cō q despues d'impre-
ſo se truxele al nuestro consejo para q se
corrigiese cō el original q encl auia sido
visto y en cumplimēto dello se auia ym-
presso y corregido y se auian sacado las
emiendas que el auia auido, por el licen-
ciado mercado corrector de los libros,
que por mandado y con nuestra licēcia
se ymprimen ya difunto, nos suplicastes
vos dicsemos licencia y facultad para q
por tiempo de veinte años ninguna o-
tra persona le pudiesse ymprimir ni ven-
der sin vuestral licēcia ni traerle ympres-
so de fuera parte o como la nuestra mer-
ced fuese, lo qual visto por los del nuc-
stro

stro consejo fue acordado q̄ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon y nos tuuimoslo por bien y por la presente vos damos licencia y facultad para que por tiépo de leys años primeros siguientes que corran y se cuéten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante podays ymprimir y vender el dicho libro y mandamos y defendemos q̄ persona alguna sin vuestra licencia no le pueda ymprimir ni vender sopena de perder todos los libros q̄ del vuiere ympresos y mas diez mil marauedis para la nuestra camara cō tanto que ayais de vender cada pliego de molde del dicho libro a cinco blancas y no mas.y mandamos a los del nuestro consejo presidētes y oydores de las nuestras audiencias,alcaldes,alguaciles, de la nuestra casa,corte,y chancillerias, y a todos los corregidores,asistente, gobernadores,alcaldes,y otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nuestros reynos y

señorios, y cada vno y qualquier dellos
assialos que agorason como a los que
seran de aqui adelante que vos guarden
y cumplam, y hagan guardar y cumplir
esta nuestra cedula , y merced que assi
vos hazemos, y que cōtra el tenor y for
ma della, no vayan ni passen ni consien
yr ni paſtar , por alguna manera. Fecha
en Madrid, a diez dias del mes de ziem
bre de 1565.

Yo El Rey.

Por mandado de su Magestad.

Pedro de Hoyo,

Tasacion.

V.M. da licencia al licenciado Fragoſo
medico y curujano de la reyna nuestra
ſeñora para que por tiempo de ſeys años
pueda ymprimir y vender vn libro ynti-
titulado catalagus ſimpliciū medicamen-
torum con que venda cada pliego de
molde del dicho libro a cinco blancas
y no mas.

çauala.

¶ 4

H V M A N I S S I-
mo pariter ac colendissimo do
ctori Ioanni Gutterrio à San
tander Philippi Regis
Archiatro suus frago
sus salutem præ
catur.

 *V*M multis iam annis ani-
maduerterim (vir humanissi-
mo) in plurimis Hispaniae offi-
ciniis quām plurimos errores,
eosq; graues ac detestandos committi, par-
tim ob pharmacopolarum imperitiam, par-
tim ob medicorum negligentiam, sapientia
mo reuolui qua potissimum via illis foret
consulendum. Inter alia enim in quibus isti
(magno mortaliū periculo) delinquere so-
lēt vñū ac maximū est quod in succedaneo
rum appositione cōsistit, ad arbitriū potius,
quām ad grauiſſimorum autorum testimo-
nia respicientes, Vnde fit vt passim cōposi-
tiones corrūpant atq; peruertant, quid pro
quo

quo (ut aiunt) hoc est inutile prauūq; pro
utili & genuino saepe miscentes. Nec mirū
omnino videri debet, si plerique in hac par-
te hallucinentur, quum non habuerint quo
possint tanquam ad ad exēplar configere:
caruerintque omnino duce. Nam succeda-
nea medicamenta quæ Galeni nomine cir-
cunferūtur (ex à Paulo in. 7. libro ad ver-
bum ferè citantur) hinc constat Galeni non
esse quòd multa in eo ponātur absurdissima.
vt loco Agarici euphorbium, pro serpillo
Potamogeton, pro polytrico absyntum: ex
alia viribus dissimilia. Præter id quod nulli
bi reperimus in germanis ac proprijs Gale-
ni voluminibus illus libelli fieri mentionē:
ipsumq; Galenum in exemplaribus græcis,
ad libri præfationē citatū videamus. Quæ
vero apud recentiorum dispensatoria reperi-
untur substituta, ex paucissima sunt, ex
verius libere scripta quam veterum senten-
tijs aut rationibus demonstrata. His igitur
de causis maximè conatus sum, legitima
pro medicamentis componendis (quorū bo-
die usus est) simplicia apponere, ex penuria
deficientium apta constituere, ut hac via ve-

luti ex promptuario quodam haberent om-
nes materiam perpetuo paratissimā, idque
autoritatum copia & rationum claritate.
Primum itaque ex usitatis maximè Me-
suæ & Nicolai descriptionibus simplicia
apposui. Eorumque naturam unico verbo,
exaraui. Mox in quo hactenus erratum est
obiter demonstravi. Deinde (quoties occa-
sio tulit) cōpositionem in quam simplex me
dicamentum recipitur, in memoriam reuo-
cavi. Ad finē verò (quod præcipuus nobis
fuit scopus) eius vicarium adhibuius. Cæ
terum quum ex more patronum aliquem
ex his quos curia plurimos habet, huic o-
pusculo quererem nobilitate & virtutum
splendore præclarum, neminem inueni cui
iustius quam tibi (doctor sapientissime) de-
dicandum esse putarem. Nā vt animus tuus
Musarum omnium sed præcipue artis me-
dicæ sacrarium est, sic ades thæ academia
quædam doctissimorum hominum absolu-
tissima videntur: quos adeo semper fous,
vt eruditissantum natus esse videaris. Quā
sane tibi insitam cognatamque in studioſos
omnes

omnes benignitatē, abunde omnes experiu-
tur, & ipse iam sum expertus. Præterea sin-
gularem iuā in Deum religionem, vitæ inte-
gritas in multis spectata palā facit Eximiā
apud omnes benivolentiā, domesticarumq;
rerū ordinem, & publici officij administra-
tionē prudentiā atque constantiam, nemo
non admiratur ac suspicit. Ut non immer-
to rex noster Philippus tā celebri adductus
fama, te in suorum medicorū primū accersit
uerit. quem porro ea benivolentia tibi recō-
ciliasti vt te vnum præter omnes & ipse ad-
miretur. adeo vt quæcumque tuo nutu con-
silioque gesta sunt, sapienter ac prudenter
gesta omnia arbitrentur. Sicque tua dicta
in curando amplexatur, sic fouet, sic ex te
recipit omnia tanquam ab Appollione pro-
nuntiata. Quanti verò præter vnicum regē
te faciat regina nostra ac principes cum reli-
qua prole, omnes norūt, vel ipsi æmuli à qui-
bus salus populi vocitaris. Quantūque tibi
debeat cuncta Hispaniæ res publica ob incre-
dibilē sinceritatem & aequitatem quā ob-
oculos ponis in examinibus peragendis præ-

ter me

ter me testim oculum notius est quam vt
egeat demonstratione. Siquidem nec amore
patriæ generis ve, nec amicorū precibus aut
magnatum suasionibus, nec præmij esca irre
titus, quos suis, censes indiscriminatim admit
tendos, vel ad eā medicinæ partē quæ manu
curare docet, vel quæ pharmaca cōcinnat.
Hæc itaque omnia me cōmouerunt vt tuā
humanitatem primo hoc laborū meorū fru
ctu recrearē. Qui si nō satis maturus, & vt
res postulat cōfēctus appareat, spero (Deo
annuente) in nostra Hispānicarū plantarū
bistoria, id totum absoluturum. Nolo iā in
enumerandis tuis laudibus esse prolixior,
quod præsertim nihil infensius hebeas quā
inanem hanc laudandi vulgo consuetudinē.
Proinde nunc illis supersedeo, Deam Ma
ximum precatus, vt te in longissimam sene
Etā cōseruet defendatque in columem, vt fœ
licissime munus tuū absoluas, & omnibus
prodeesse possis.

Mantua carpetanæ, 16. Calēdas Iunij, an
no à nativitate Christi. 1565.

DOCTOR IOAN-
nes Comparan lectori. S.

TOT sunt lector curiose
in re herbaria ac reliqua
simplicium medicamento-
rum materia disceptationes, ut medi-
camenta ipsa (qua Deorum manus
ab Herophyllo pronuntiabantur)
iam ob ofuscata eorum notitiam,
non possint nec mereantur talino-
mine illustrari. Idcirco maximè
effet optandum, ut qua olim à do-
ctissimis virus puta Aristotele, Teo-
phrastro, Dioscoride, Galeno, Pli-
nio, & magno labore continuisq;
vigilijs sunt elucubrata, ea nostrā

ad

ad etatē peruenire potuissent. Sic
fieret ut medicamentorum inquisi-
tio quorum adiumento ad vitam
rite seruandā morbosq; profligan-
dos indigemus, non sic desiderare-
tur. Verū ita casu nescio quo ac-
cidit, ut ex his simplicibus medica-
mentis quæ veteres illi sapientissi-
mi reliquerunt, nō solū multa pror-
sus perierint, sed etiam quæ in hūc
diem seruata sunt, ita depravate
ita confuse intelligātur, ut səpiissi-
mè vix, aut ne vix quidem percipi
ac cognosci possint. præcipue quæ
à barbaris traduntur è quorum
doctrina quæ à seplasiarijs seruan-
tur compositiones ad lāguentium

Et medicorū usum ferè emanant.
Hoc incōmodum agre ferens Ioan-
nes Fragosus vir non solum in sim-
plicium examine, verum in medē-
dis morbis, presertim ea medicinę
parte quæ manu curare docet dili-
gentissimus, hos cōmentarios, regis
cōsily iussu ac iperio à doctore Ioā-
ne Gutterio prius examinatos, et
tanquā valde utiles ad nouā hāc
æditionem ab eo indicatos cōmodo
vſuq; mortaliū consulens in publi-
cū emiſſit ac excusſit. E quibus ve-
luti ex fontibus (lector beneigne) a-
quā syncerā exhaustire poteris. Si
quidem quam plurimis herbis ab
antiquis pridem descriptis, sed no-

stro

istro æuo incerta similitudine præ
obscuris claritatem afferunt, succē
daneaq; idonea monstrant. ac tali
eius industria vir ingeniosus mul-
tos excitauit ut eādem rem ag-
gressi, iacentem medicamētorum
agnitionem, pro suis quisq; viribus
conetur subleuare in posterum.

Vale.

Catalogus medicinarii. fo. 1.

g A C O R V M .



V L G A R E acorum,
luteis floribus præditū
iuxta omnes, & passim
in aquosis locis proue-
niens, quod gladiolus
aquæ herbarijs dicitur, & sermone
vernaculo espadaña, nequaquam est
in usu in medicinæ recipiendum. Nā
etsi aliquam veri acori speciem refe-
rat, genuinum tamen non esse hinc
liquet, quod illius radices gustu acres nō
sint, sed potius adstringentes. Qua-
re verinam non mouebunt ut verum
acorum, nec menses euocabunt, sed
potius sanguinem fluenter suppi-
ment. Causant igitur se plasmatij ne
Diacori & Theriacæ compositiones
ex prius narratis radicibus cōficiāt.
Sed curcint ut veruin acorū habeant,
quod haud dubie est calamus odo-

Calamus
odoratus
officina-
rū veri a-
cori radix
cit.

C A T A L O G U S
ratus officinarum ex recētiōrum au-
torum testimonijs: & ex eo vti debēt
Myropola, quoties in componēdis
medicamentis acori sit mentio. Ga-
lenus libro. 6. simplicium, acori ino-
pia asarum supponit his verbis: Hu-
ius herbæ, idest, asari radices utiles
sunt, facultate similes radicibus aco-
ri, intensiores tamen. Hispanice. Aco-
ro, alijs espadaña fina. in duas cypas
Pro Acoro. (Asarum.)

A C A C I A.

Veram acaciam nostra ætas ho-
die desiderat. Quare consuetū
erat officinis ex fructibus pru-
ni sylvestris succū colligere sub aca-
ciæ titulo, qui ob mirificam constrin-
gendivim, leui & tolerabili errore,
medicamentis miscebatur. scilicet,
Theriacæ antidoto, & emplastro Di-
aphnicon Meluæi. consultius tamē
est, Rhois folia, aut succum foliorū
lentis.

A

Lentisci, aut Hypocistidi substitue
re, iuxta Dioscoridis sententiam lib.
1. Cap. de Lentisco, ad hunc modum
scribentis: in totum Acaciæ & Hypo
cistidis vicem Létiscus repræsentat:
& capite de Rhoc, folia, inquit, vim
habent adstringendi, & acaciæ effe-
ctus præbent. *Hispanice.* cumo i del
acacia.

Pro Acacia. { Rhois folia.
Liquamentū Létisci,
Hypocistis.

A B S Y N T I V M.

Absynthium ponticum quod à
Poto veniat cognominatum,
præstantissimum, post Diose-
ridē quoq; iudicauit Galenus lib. iii.
de methodo medendi, his verbis scri-
bens: Porro Absynthium Ponticum,
tum folio, tum verò flore, longe est
quā cætera absynthia minore. Odor
quoq; huic, non modò non insuavis;

CATALOGVS

„ verum etiam aromatum quid præse
„ tens, reliquis omnibus planè est fœ
„ dus. Quare hæc fugere conueniet,
vti autem semper Pontico. Absyntiū
nostrūm vulgare, romanum appellā
uit Mesuæus in Syrupo d' absynthio,
non multūm à Pontico distans, niſi
loci, & culturæ varietate, qua de re
vice Pontici substituetur. Autor ille
succedaneorum Galeno adscriptus,
pro absynthio simpliciter, perperam
abrotonum supposuit. Absinthiū
enim, vt inquit Galenus lib. 6. cap. 1.
simplicium, gratū est stomacho, quia
plurimam adiunctionem continet,
abrotonum vero inimicum ob vi-
centem qualitatē amaram. Seriphū
tamē & santonicum stomacho aduer-
santur vt abrotonum, ideoq; pro his
duobus absynthij generibus merito
supponi posset. Auicena 2. can. tracta-
tus. 2. in omnimodo absynthij defe-
ctu, polium optimè, substituit, nam
ad eadem valet, si conferantur, quæ

Autor li-
bri succe-
dancorum
taxatur.

M E D I C I N A R V M . 3

ab autoribus de utroq; tradita sunt.

H i s p a n i c ē . A x e n s o s .

P r o a b s y n t h i o p o n t i c o . { A b s y n . v u l g a r e

P r o a b s y n . s e r i p . e t f ā t o { A b r o t o n u m .

p r o a b s y n t h i o . { P o l i ū m o t a n ū .

T A S A R V M . A

A s a r i f r e q u ē s v s u s h a b e t u r h o c ,
A t e m p o r e i n cō p o s i t i o n e H i e-
r æ s i m p l i c i s : q u a m m u l t i s i n l o-
c i s d e s c r i b i t G a l e n u s : p o t i s s i m ū v e-
r o l i b r o . 2 . d e c o m p o s i t i o n e p h a r m a-
c o r u m l o c a l i u m , c a p . d e h i s q u i e x -
s t o m a c h o c a p u t d o l e n t , v b i c a r p e s i ū .
p r o a s a r o p o n i t i n m u l i e r i b u s , p r æ s e r-
t i m , q u æ n o n p r o b e p u r g a n t u r . G a -
l e n u s t a m e n l i b . 6 . s i m p l i c . m e d . r a d i -
c e s a s a r i r a d i c i b u s i n f a c u l t a t e s i m i -
l e s e s c e s c r i b i t ; q u e m a d m o d u m c u m
d e a c o r o l o q u e b a m u r , d e m o n s t r a -
u i m u s . I t a q ; p r o a s a r o , v u l g a r i s o f f i c i -
n a r u m c a l a m u s o d o r a t u s s u c c e d i t ,

A 3 quod

C A T A L O G U S.

quod veri acori historiae respondeat,
Hispanicè. Asarabacata, y asaro.

Pro asaro. (acorū, i. calamus officina-
rum, luv. nyldā)

ABROTONUM.

A Brotonum masculum vulgaris
est notitiae. De femina vero non
satis inter oes constat. sed quid
de hac re sentiendum sit, in nostra sim-
plificium ex plantis Historia, Deo be-
ne nostris cœptis fauente, dicetur.
Vtrumque abrotoni genus ad eadem va-
lere, auctorcs conueniunt, nec aliquam
differentiam agnoscunt. Paulus libro
7. origanum vice abrotoni reponit,
ab antiquorum scriptis non discedens.
Cum tamen, ut ipse ait, omniū spe-
cierū organi una sit facultas, vtcunq;
nominiibus distinguantur, origanum
nostrum vulgare usurpabitur. *Hispa-*
nice. Yerua lombriguera, y escoba.

Pro abroto. fæmi. { abrotonū : mas.

Pro abrotono. { Origanium.

FAMIO M. V. M.
Cùm nec in Hispania, nec p vni-
uerfam Italiam amomum pro-
otq auctiñat, an verum hoc tempore
habemamus, multi ambigunt. Cæterū
cauendum est ne falsa Serapionis
interpretatione cap. simplicium suo
rum 279. amomi vice supponatur
herba pes columbinus vocata, q̄d
geranij potius species est. In ep̄ie
quoq; cordis hæricūtis rōsam amo-
mum dixit in compositione Aureæ
Alexandrinæ. & si idem, cū theriacā
exponit, quæ amomum recipit, nos
vero carere asserat. Quare cùm de
incognitis periculum facere non sit
tutum, acorum verum (quod cala-
num odoratum officinarum esse in-
dicauimus) pro amomo substitue-
mus, cùm similes habent è Galeno
vires, libro, g. simplic. med. sic de a-
momo scribenti: amomum acoro si-
morum

ANALOGY

„ milēm facultatem obtinet, nisi quod
„ acorum siccius sit, maiore autem cō
„ coquendi facultate amomū. nec dis-
plicet Matthioli senensis sententia,
quī libro. 5. suarū epistolarū de
Theriaea scribens, caryophillo pro
amomo subiecit. Poterit etiam asarū
subjici, quoniam hæc tria acorum, a-
sarum, & amomum, præter Hermo-
lai testimonium, inuicem ex Galeno
substituuntur, Hispanice. affomo.

(Acorum.

Pro amomo. Alarum.

Cariophilli

THE CAPITAL OF THE UNITED STATES.

Tanta est in hoc fructice autorū
diffensio, si, ut nec quid sit, nec
quid eius loco accipi oporteat
in Hedycroi p̄paratione, pro con-
ficiēda Theriaca, ex illorum scriptis
satis constet. Niccolaus (cui summa
ætate necesse in describendis medica
minum

MEDICINARVM. 5.

minum compositionibus fides adhibetur) pro alpalatho corruptè corallos ponit; in suaq; theriaca, trochis-
cos diacoralli commemorat, de prauato hedyctoi vocabulo in diacoral-
li. Auicenna. 2. cano (cap. de datifisa
han, quod illi est aspalathus, eius lo-
co fructum aliébut, hoc est siliqua
supponit. At Paulus, cui in hac par-
te magis quam Auicénæ credendū,
semē viticis, hoc est eius arboris quā
vulgo agnum castum appellamus, in
suis antiballomenis substituit, quod
facultatibus conueniant, ut speculan-
tibus appareat. Hispanice. Aspalatho!

Pro aspalatho. (Agni casti semē

¶ **AGRICVM.**

SVum agaricum petebat veteres
Sexagaria vel ex ponto. vnde aga-
ricum ponticum immittit theria-
cæ Audromachus iunior. Hoc tem-
pore præstantissimum ex aphrica ad

CATALOGVS.
nos perfertur, ut minime sit opus ex-
agaria, aut ponto, aut aliunde quaerij
tate. In plerisq; etiam Italice locis la-
ticibus frequenter innascitur, ut infir-
mius tamē reliquias est omittendum,

Autor suc-
cedancorū
notatur.

nisi in omnimodo defectu. autori
succedancorum Galeno adscriptus, al-
pro agatico euphorbium substituit
absurdissimè: cùm Galenus libro sim-
plic. euphorbium causticæ siue vren-
cis naturæ constituat, & tenuiū par-
tium: agaticum verò dciestorium, &
ex diuersis partibus cōpositum. verū
tamen in extrema agarici inopia co-
locynthis rectius supponetur, quo-
niam ad cadē valet, si conferantur v-
triusq; facultates, potissimum in Me-
suæ simplicibus. accedit Pauli testi-
monium lib. 7. cap. 4. sic dicētis: aga-
ticum similes cucurbitæ sylvestri vi-
res habet. Hispanice. Garico. g. x. 2.
Pro Garido pōtico japhricarium.
Pro agarico. mū. colocynthis. q. 201

QAPIVM.

Vltorum testimonij constat vulgare petroselinum hortorum, verum apium satiuū antiquorū fuisse. Hinc Galenus libro 2. alimentorum, inter cætera familia risimum dixit, & ori gratissimum. id quod Plinius cōfirmauit libro 20. cap. II. Quia propter curabunt deinceps pharmacopolæ, vt pro apio, vulgare petroselinū accepiant in suis compositionibus. Dioscorides lib. 3. de apio scribens, absurdē coriādrum pro apio supposuit: nam Galenus. 8. simplicium, apium valdē calidum est docet (quod nec ipse negauit Diocorides) coriandrum tamen vim refrigeratoriām habere, ipsum et cap. proprio scriptum reliquit. Hac de causa ex cōdem Dioscoride, apij hortensis loco (quod verum apium est) cleosclinium, hoc est apium vulgare & pa-

Dioscori-
dis dogma
refellitur.

C A T A L O G U S.

& palustres ubi posset, cum ad eadem efficax sit. Galenus libro superiorius adducto, reliquas apij differentias substituit, orcoselinum, inquam, & hipposelinum, nisi quod hoc imbecillus est, orcoselinum valentius.

Hispanice peregil.

Eleoselinum.

Pro apio. { *Oreoselinum.*

Hipposelinum.

ÆS VSTM.

Solent nostri temporis chirurgi, semplastrum isis vocatum in commodum usum vertere ex Galeni scriptis libro. 2. & 5. cap. 2, de compositione phar. secundum genera: cui nimicum compositioni æs usum admiscetur. Huius defectu, æris scoriæ substitui possit, Dioscorides autor est libro. 5. cap. 43. his verbis: æris recrementum, stercus vero, quod scoriam

M E D I C I N A R V M . 7

riam vocant, eodem modo lauatur, „
& cādē vim sed imbecilliterē habet. „
Hispanice cobre quemado, y alha- „
dida.

Pro ære combustio. (Scoriam.

AMMONIAC V M.

GAlenus ammoniacum thymia
ma cognominavit, quod latinè
ammoniacum suffimen, & am-
moniaci guta dicitur, ad denotandā
ipsius gūmi bonitatē. Dicitur enim
thymiam, à suauissimo adore, thy- Thymiana
mi herbae naturā referenti. Pro am- quid.
moniaco, opopanax suppleri potest
ad Galeni censuram libro. 10. cap. 2.
de compositione phar. local. vbi sic
ait: Verum ammoniacū thymiana
& galbanum, ultra hoc quod confe-
runt ad emplastri cōpositionē, etiam
mitigandi ac emolliendi vim quādā
habent, opopanax verò eiusdem cū
ipsis est generis, sed fortiori facultate

CATALOGVS

præditus. Hispanice aguaxaque.
Pro ammoniaco. (Opopanax.)

A R I S T O L O C H I A :

Dioscorides ad eadem pollere scribit omnes aristolochiaæ species. Cui subscribit Gale. libro 3. phar. local. cap. de dolore auris ex fatusis dicēs: ex tribus aristolochijs quæcūq; fuerit ad manutn. sumatur. Paulus pro rotunda, longam supponit & è cōtrario. Galenus tamen quādo alterutra uti liceat, libro. 6. simil. pli. med. his verbis mōstrauit: in quibus usus est modicæ abstersionis, cōmodior est longa puta in ulceribus carne explēdis, & fomentationibus vteri. at in quibus crassum humorē validius extenuare oportet, illic usus cit̄ rotundæ. Galenus & post cum Paulus Actius & Actuarius, aristolochiam tenuem suis theriacis immittunt. Quæ si tertium genus aristolochia.

Aristolo-
chiam te-
nuem the-
riaca reci-
pit.

lochiae fit, reliquis duobus generibus infirmius iuxta Dioscoridis & Galeni placita, non est in communi usu recentiorum, nec reperi qui illud in Hispania ostendat. *Hispanice.* Aristotologia.

Pro aristoloch. rot. arist. longa.

Pro aristoloch. lōga. arist. rot.

Pro aristoloc. tenui. arist. lot. autrot.

¶ A M M I

Planta, quæ græcis & latinis ammi dicitur, Hispaniæ notissima est, quāquā pharmacopæorum desidia ignota delitescat, et si quotidie illius semen in uso medicum vocent. A meos corruptè officinis appellatur, quo nomine à Mesueo recipitur in Dyacimino. Sed cum hoc æuo varia semina pro ammi vñearūt, quæ verum ammi non referunt, huius vice anisum adhibetur ex Paulo lib. 7. id quod Galeno nō refragatur lib.

CATALOGVS.

lib.6.med.simpl. easdem penitus vi
res, similesq; qualitatum gradus de
ammi,& aniso rescribenti. *Hispanice.*
viznaga, o especie de canahoria.

Pro ammi. Anisum.

Q A N A C A R D V S.

Confectio anacardina. *Mesuæi*
ab anacardo cognominatur, cu
ius mentio fit apud Græcos po
steriores, nimirum Paulum, Aetium,
Actuarium, & Nicolaum. Hi enim
multa simplicia ab Arabibus mutuati
sunt, quorum vetustiores græci, nec
per somnum quidem meminere. Pau
lus lib.7.loco anacardi psycam her
bam substituit. Quid vero ea sit, &
an veteribus cognita, nondum com
pertum habetur: nisi per ipsam beto
nicam intelligamus, quæ (vt autor
est Plinius lib.25.cap.8.) psychotro
phon appellata est, quoniam in frigi
dis locis proueniat. Tot hæc prædi
ta est

SIMP. MEDICA. 9

ta est viribus, ut de illius remedijis Antonius Musa clarissimus augusti Gæs. medicus, proprium libellum scripsit. Inter alia verò ut primarium auxilium recenset, quod animas hominum & corpora custodit. Item cum subacris & amara sit, ac siccādi mirifica facultate polleat, sitq; omnibus capitis morbis aptissimum & potentissimum pharmacum ex iuniorum decretis: eò crediderim betonicam herbam, aut psycham esse quam Pauslus vice anacardi supposuit, aut parum ab antidoti scopo deuiare.

Hispanice anacardos

Pro anacardo. (Psycha herba.)

TAQ. VA PLV VIALIS.

Alen. 7. de cōpositione phar. Glocal. in cōfectione dyacodiō,
id est ex capitibus papaveris,
aqua pluuiam reponit. similiter
Mesuxus in syrupo de papauere ha-

CATALOGVS

bet enim adiunctionē hæc aqua co-
dem Galeno autore cap. 2. & 4. libri
citati. Præter hæc (ut retinet Hippocra-
tes lib. de aere, aquis & locis) imbrū
aqua leuissima est, dulcisima, lim-
pidissima, tenuissimaq; eo quod sol
leuissimum & tenuissimum attrahit.
Paulus libro. I. cap. 50. aestiuam aquā
quæ toneru decidit, præstantiorē
iudicauit. Pro aqua pluuiali, aqua fon-
tana pura supponitur à Galeno libro
„ adducto his verbis: tibi verò etiā fon-
„ tana sufficiet, pluua non præsente,
„ si mūda sit, & omnis misturæ expers.
Hispanice aqua llouediza.

APARINE.

Aspergula **A**parine cognominata,
Aspergula sive asperula herba-
quid. **H**aspergula sive asperula herba-
rijs dici solet: quod asperitate
sua prætereuntiū vestibus adhæres-
cit quibus nomenclaturis in vngue-
to Martiano Nicolai usurpatur. Hu-
ius

iusinopia, gallium substituit Gale-,,
nus lib; 6. simplicium mod. sequenti ,,
sermone ad simile enim est gallium , ,
aparine facultatem obtinens, exicca , ,
toriam & subacrem. Cæterum galliū
herba est nunc cognita aparine aut
rubiæ minori similis, que in plurimis
Hispanie locis circa publicum liser
& in pratis nascitur, fiore interdum
candido, maiori ex parte luteo-lua-
uissimi odoris. Hispanice. amor de
hortelano. b. r. qd. r. c. p. b. o. l. b.
C Pro aparine. Gallium solv bc
ii av. milov zimiq niscio sov mūr " "
-reberibz e dclercz. ♫ A Dn E R S ob nscup " "
on bonp. nullius suco vales tullius " "
mīav Dipemianfernum Mesuæuisse " "
A bepit in emplastis q phlagnij. du " "
ius vice gallum acem substitui- " "
tur & Suilliis Galeno lib. sed in corri- " "
positione med. per genesia, ca. i 4. de
albis. emplastris ybi sic dicitur odiom in " "
erit pharmatum, s. & ad ipsi aliquid " "
Inieceris, ychuti e go. facere coſucit. "

CATALOGVS.

adeps verò anserinus sit, vel huius in
opia gallinaceus, sineq; hunc habca
mus suillum injiciamus: non ignari
quidem magnam esse anserini ad re
liquos eminentiam, vtentes tamen
peioribus etiam, si quādo optimi co
pia non conceditur. Paulus lib. 7. ca.
25. loco adipis, ceruinianserinum po
nit, & vice tuilli vulpinum, & pro vul
pino vrsinum. at pro vitulino, suillū
vetus apposuit Galenus lib. 4. de cō
posi. per genera. cap. 5. de emplastris
ad vlceta maligna, sic scribens: Cæte
rūm vos scire in primis velim, vt si
quando vitullum pīngue desidere
tur, eius loco vetus suillum, quod no
nirūt exūxiā, admisceatis, verū
infaljs: exp̄dr̄s, & non nimis multorum
antorūm. Hispanice. Enxūdia.

- Pro adipe anserino. Gallina. l. suill.

- Pro adipe ceruino. Anserinus. dōq

- Pro adipe suillo. Vulpinus. zidla

- Pro adipe vulpino. Vrsinus. dōq

- Pro adipe vitulino. Adeps suil. vct'

agata s. B

¶ A N I S V M.

ANIS SEMEN YSUM MAXIME IN MEDICINA PRÆBET, VT INQUIT GALenus. quare Dianilo, Diagala-
ge, & alijs Mesuæi aromaticis confe-
ctionibus immiscetur. **Dioscorides**
in prima anisi genera, creticum lau-
dat, proximo loco ægyptium, pluri-
mum hodie in Hispania prouenit nō
minoris efficaciz, sed quod in anisi
locum subrogari possit carui semen,
Dioscorides autor est de caruo sic di-
cens: Carum semen est vulgaris noti
tiaz anisi vicem præbens. *Hispanice.*
anis y matalaua.

Pro aniso. Carum.

¶ A S P H O D E L V S.

Vulgaris Hispaniaz asphodelus, Galeni af-
qué ad viuum describit Dios- phodel' in
corides, à Galeni asphodelo lib. alimen-
torum, dif-
fert ab af-

II CAPIT. A L O G Y S.

aphodello lib. 2. alimentorum longè distat, ut
 Dioscori- patet ex vttiusq; declinationibus. Pau-
 dis & Pli- nij. lus pro asphodeli radice, succum be-
 tæ iuppōnit: quāuis radix meritò sub-
 iuci possit, digerit enim, extergit, &
 alopecia s sanat uti asphodeli radices.
 Verum eligi oportet betam albam,
 vt notat Galenus lib. 8. simplic. nam
 nigra adiunctam habet aliqualem ad-
 strictionem. Galo lib. 6. voluminis ci-
 tati, pro asphodeli radicibus, ari, afa-
 ri, & dracūculi radices substituit sic:
 asphodelus & huius radix utilis est, si
 „ cut ari, afari, & draconis Hispanice.
 „ gaffiones. pluv fio nomen mutare
 ec H . 200 Betæ cädidæ succus
 Pro asphodelo. } 1. radix. (radices.
 Ari, afari, dracotij

.2 VALE ELOVIA AP

de insle O ^{taut} Vmiliis herbæ nomen est alelu-
 ni lebodq ^{taut} nomila. dil ^{taut} lib. maior ^{taut} olc ^{taut} ti Martiani descriptione. Oxys
 -de da ngl ^{taut} ordil ^{taut} B ^{taut} plinio

Plinio & latinis dicitur: alijs trifoliū
acetosum: nonnullis panis cuculli:
vel quod cucullus avis eo vescatur,
vel quia hoc erumpēte cucullus suā
vocem ædere incipiat. Oxis verò ab
acido sapore dicitur. Nullibi copio-
sius, quam valentiæ prouenit in hor-
tis & irriguis locis. Quum tamen a-
cidum in gustu saporem præseferat,
idem cum oxalide (acetosam no-
stri nominant) habere temperamen-
tum, euidentissimum est: ac proinde
vnum alterius loco facile substitui
potest citra aliam demōstrationem.

Hispanice. azederilla, ytrebol azedo,
pro aleluya. Oxalis.

MVIMOMITIAP

ALOE.

ALOE. *ALOE.* *ALOE.*

Plantæ aloes nomine, ætate no-
stra in quam plurimis Hispaniæ
locis virescere conspicitur. Tole-
ti verò, super ædificiorum fenestris
n. fictilibus vasis alitur, ad spectacu-

CATALOGVS.

Ium potius quā ad medicum vsum,
Huius liquor est id quod ad nos im-
portat ex India cognominatus aloe.
Pro quo multa supponit Paulus ad
Galeni mentem, quæ vix hoc tempo-
re reperias: sunt illa, glaucium, simū
Ibis auiculæ, & lycium. Auicenn. 2.
can. loco oloe, duplum pondus de-
lycios supposuit. at commodius esset
ex ipsius Pauli sententia centaurium
subijcere, quo (Galeno autore libro.
7. simplic. med.) vice licij nonnul-
li vñi sunt. Hispanice. azibar. le monay
monoius flor. Lycium etiis flor. etiis
Pro aloe. { Cētaurium magnum.

TANTIMONIVM.

Officinarum antimoniū, quod
stibium latinis est, in germani-
cis maximè argenteis fodinis,
in Italicis, atq; etiam in Hispānicis re-
peritur. id hunc præparati video in
quibusdam officinis ad purgationes
in

in diuersis morbis quos præterim melancholia excitauit, ob mirificas vires quas de ipso prædicauit Andreas Mathiolus senensis in doctissimis ad Dioscoridein cōmentarijs nuper rime æditis ex anno (inquam) 1562. In huius penuriam succedit plum-
bum vſtum Dioscoride autore ad-
hunc modum de eo scribenti: Anti-
monium vt in vniuersum dicatur,
vīm habet vſto plumbō similem. an-
timonium enim si paulo magis con-
cremetur, plumbum fit. Hispanice al-
cohol.

Pro antimonio. (Plumbum vſtum.

¶ A D I A N T V M.

ADiatum officinæ capilum vene-
ris vocant: sub qua nomencla-
tura in vſu frequentissime vſut
patur syrups adianti Mesuæi. apud
Nicandrum in theriacis Theophrá-
stum lib. plantarum.7.cap.13. Pliniū

CATALOGVS

22. cap. 21. duo genera ostenduntur.
caulicorum colore differentiam,
adianti inopiam resarcit Trichoma-
nes herba nunc , non minus quam
adiantum nota. Cuius sententiæ au-
tor est post Dios. Gal. libro. 8. simpli-
sectione de trichomanæ dicens. Tri-
chomanes eadem præstat quæ adian-
tum. *Hispanice.* Culantrillo de pozo.
yerua brenca.

Pro adianto. **Trichomanes.**

¶ A R T H A N I T A .

ARTHANITA (cuius mentio fit à
Mesue in vnguento de artha-
nita) cyclaminus & cyclamen
^{cyclaminus} veteribus nuncupatum, romanis pe-
culiariter rapum, tuber panis, umbi-
licus terræ, & orbicularis propter ra-
dicis formam appellatur. Cassatum
^{cassatum}. etiam à Nicolaovocari in sua mithri-
dati cōfectione, aut verius confusio-
ne, tota iuniorum turba declarat. Il-
lud

lud quod de ea herba administratur
in medicina radix eius est, ut Auicen-
næ verbis utar, canone. 1. tractatus. 2.
cap. 62. ubi loco arthanitæ in abortu
& contra venena , substituit æquale
pondus aristolochiæ longæ, & semi-
nis citri, & menthastris. Hispanice. Pan
de puerco.

Aristolochia longa.

Pro arthanita. } Citri semē et. (re.

etobbba nemnuk. **Métastrū æqlipōde**

PALVMEN.

A Lumen, stipteria dictū est Ni-
colao in antidoto Emagogo,
quod nōmen græcis ab adstria-
ctione deductum est, quæ alumini a-
dest vehementissima, ut refert Galen-
nus. Quam vero omnia aluminis ge-
nera exiccent & adstringant genero
scissile de-
fē, idem possunt Galeni testimonio, pluma ro-
in uicemq; substituuntur. Quoniam tundū zuc-
autem, eodem autore lib. i. de com- catinum di-
cunt.

C A T A L O G U S.

positione med. secundū genera cap.
12. præstantius est alumen scissile co-
lore candidum, id perpetuo eligen-
dum, cuius inopia rotundum (quod
scissili est crassius, sed minus adstrin-
gens) reponetur, vt docet ipse Gale-
nus lib. 4. cap. 5. de composit. per ge-
nera. Verūm. 6. de compo. phar. per
locos, ca. de inedijs pharmacis, liqui-
dum quoq; pro scissili expressit hoc
modo: Quinetiam si alumen addere
” velimus, non est necesse scissum in-
” ijcere. Sufficienter enim adstringit
” etiam liquidum, quod vīlis pretij, &
” maxime parabile in omnibus regio-
” nibus existit, tenuitate tamen partiū
” à scisso differt, & ob id etiam minus
efficax est. Paulus lib. 7. cap. 25. in o-
mnimoda aluminis penuria, salem
fossilē adiecit: est enim efficacius hoc
ialis genus, vt Dioscorides libro. 5.
mōstratum reliquit. Hispanice. Alum-
bre.

Pro

<i>Pro alumine scissili.</i>	{ Alumé rotun. vel liquidum.
<i>Pro alumine.</i>	Sal fossillis.

JAS LVS LAPIS.

Lapidis Asij, ipsiusq; floris frequenter fit mentio apud Galo. in lib. de composit. phar. per locos. Hic est quem Plinius Sarcophagus appellauit lib. 2. cap. 96. quoniā corpora consumat. Quod enim idē sint lapis Asius, assius, & Sarcophagus, ex Cello abunde suppetit, lib. 4. cap. 34. Asius lapis rarissime visitur, cogimurq; pro eo Gagatem, vel famam Barmoniacum crematum substtuere, ex libri 7. Pauli. Nam sicuti de Asia inquit Dioscorides, quod podagrī iuuantur (præter Galeni testimonium lib. 10. pharm. local. in malagmate ad podagricos) sic de gagate scripsit Dioscorides, quod podagris medicaminibus & acupis additur.

Sarcophagus lapis.

CATALOGUS.

tur. Et Auice. can. 2. de gagate dixit,
podagræ cōferre. At quia nōdūm cō
stat an gagates sit ille lapis ex quo pe
regrinantes mendici, imagines in pi
leis, aut pectore gestant, qui verè ob
sidianus est Plinio li. 36. cap. 19. & ca
36. Salammoniacus vſtus reponetur
ex Pauli præceptione loco citato, &
ex antiquorum historijs eadem de
ſale vſto, & de aſio lapide ſcribētiū.
Hispanice piedra asiatica. oq; mung
Pro aſio lapide (Salammoniacus vſtus.

¶ AMYLMUM.

Vulgare est medicamentum a
mylum, in loch de pino, & pa
ueris Mesuæ in vnguento ci
trino Nicolai, & in oculanibus cōm
positionibus paſſim apud Galenum
lib. 4. de composit. phar. local. ca. 7.
Paulus, & recentiores medici pro a
mylo farinam ſiccām reponunt: eft
enim vcluti tremor tritici exſiccatus

& à furfure separatus. Talis igitur in medicamentis recipienda esset ex tritico selectissimo, & optimè mun- dato. At vero quod Galenus lib. i. ali- mentorum, ca. de amylo & hordeo, & Paulus lib. i. cap. 38. panem lotum pro amylo supposuerint, ad ipsum quatenus alimētum est, respiciebat, non quatenus medicamentum. *Hs-
spanice.* Almidon.

Pro amylo. *Farina arida.*

QAMIANTVS LAPIS.

LAtini codices Nicolai perperam habent in vnguenti citrini descri- ptione amenti dulcis pro amian- to lapide de quo Dioscorides libr. 5. inter reliquos lapides mentionem fe- cit. Hunc officinæ alumnen de pluma appellarunt, ex eo fortasse quoniam alumini similis sit, Plinio & Dioscori de autoribus. In huius lapidis pen- tria gypsum decustum rectè supponi- tur,

CATALOGVS.

tur, cùm ex Galeno. 9. simpliciū, tenuissimarum sit partium, & valentissime desiccat. Inter plura tamen gypsi genera quæ enumerauit Georgius agricola lib. 5. fossilium, illud potissimum eligendum, quod è lapide fit speculati, qui græcis selenites dici putatur. Ad quod comprobandum accedit Pauli testimonium, pro amiā

Aphroseli-
nus soleni-
tes est, vt
Diosceri-
de & Gale-
no deduci-
tur.

to aphroselynum ponētis, cuius Galenus meminīt inter lapides, qui versus selenites existit, vt ex Dioscoride elicitur cùm scribit Selenitem ab ali quibus aphroselynum appellari, quoniam noctu inueniatur lunæ imaginem reddere. Constat etiam ex Galeno qui de Selenite scorsum nō scribit, inquit eadem de aphroselino, quæ Dioscorides de selenite commemo- rauit. Hispanice. Alumbre de pluma.

Gypsum vstum.
pro amianto lapide } Aphrosellinus la-
albathe

GALBATHeca.

Albatechæ hodie usus est in cōfessione trōcischorum de alchēchēngi Mēsuāi. Ea cucumeris genus existimatur, antiquis græcis incognitum. Quòd autem albatheca genus sit melonis vulgaris, Serapio docet ca. 243. simpliciter mēlonem vocans batheca, cucūmerem chateche, & citrullum Kura. Albatechæ inopia videtur substituere Auctiōnā. 2. canone, cucumetem, cùm ait: Batheca in natura existit cucumēfis. Paulus vero de temporarijs fructibus loquens lib. 1. cap. 80. cucumētem, peponem, & melopeponem, ea dē posse insinuat, maioris minorisq; habita differentia. Hispanice. Badca, y albudeca.

Cucumis. qd 25b
Pro albatheca. { **Pepo.** ittāns 28
 itam bal. ogidii. **Melopepo.** mōbās a
 enīs

C. Crugo

A QĀ E R I V G O I A

ērugo, quē atis rubigo est, offi-
Acimis ac medicis viride æris nū
 -nū cupatur: estque idem in aere è-
 rugo, quod in ferro ferrugo. Acerugo
 sub nomine zifiar habetur in vngue-
 to de cerussa Meluæi. Destituiur
 hoc item pote in colecta, ac fossili æru-
 gine: adulteratæ tamen & factitiae,
 ubique ingens copia, quæ postremū
 hoc bonitatis obtinet, autore Dioc-
 coride. At in omnimodo defectu, as-
 vistum recipi potest, inefficiatus ta-
 men ut inquit Diocorides capite de
 ærugine sic: antedicta eruginum ge-
 nera visto pri omnino respondeat, sed
 magis effectu valet. Pro ærugine fer-
 ri (quæ proprius rubigo aut ferrugo,
 est) scoriam ferri supponit Diocor-
 des cap. de rubagine ferri, sic dices:
 „ Stercus ferri quod scoriam vocant,
 „ eadem potest quæ rubigo, sed ineffi-
 catius

catius. Plinius lib. 33. cap. 4. quid ve- ,
re sit scoria his verbis mōstrauit: Que ,
è camino iactatur spurcicia, in omni Scoria qd
metalio vocatur scoria . Hispanice. dicatur.
cardenillo.

Pro aerugine fossili. Aerugo factitia.

Pro aerugine aeris. Aesvstum.

Pro aerugine ferri. Scoria ferri.

¶ A Q V A M A R I N A.

Marinæ aquæ usus est pharma copolis in oleo de pulmone ^{totabulpej}
vulpis Mesuæi. Qui tamē pro cul degunt à mari , Galenum consu ^{equit, in ste}
lant lib. 1. simplicium medica. cap. 4. ^{to tate pulm}
vbi aquam sale paratam (quam mu ^{ne. & gide}
riam vocant) his verbis substituit: sa ^{tis quam de}
pnumero cogimur in marinæ ino ^{pultione olea}
pia quādo muriam facere volumus,
salem aquæ miscere potabili. Et cla ^{axillare.}
rius hoc ipsum affirmauit cap. 20. li.
4. sic scribens: ipsi q; tibi marinam, si
lubet, efficere licet , sale in aqua flu ["]
oggi

CATALOGVS

„ uiali colliquato, cognoscereq; quan
 „ tò grauior reddatur aqua eiusmodi,
 „ quam sit dulcis. Quin & modum iā
 „ inuenierunt moderatam ad saliendū
 „ faciendi salsuginem, si outim in ea vi
 „ deatur natare. Hispanice. Salmuera.
Pro aqua marina. Muria.

A. M. A. D. A. P.
De litera. B.

¶ B D E L L I V M.

Optimum bdellium o
nicha & q.
B Dellij lachrimam , vngui simile
ponunt autores bdellium ony-
cha appellantes , aut quod vn-
guis humani colorem referat , aut
quod incensum ac suffitum , onychis
indici conchilij testæ odorem repræ-
sentet: id quod voluisse Galenum ap-
paret lib. 2. de antidotis in charmidis
antidoto , cùm Bdellij onychidis me-
minit. Galenus lib. 8. cap. 7. de com-
positione phar. local. terebinthinam
suppo

supponit pro bdellio his verbis scri-
 bens: Porro ammixtum est pharma-
 co bdellium sufficienter emolliens,
 & concoquens, velut didicimus, am-
 pliusq; moderate digestiens, consimi-
 lem ferme vim therebinthina resina
 habet. Attamen. i4. lib. methodi me-
 dendi in cura scirrossi affectus, am-
 moniacum aperte pro Bdellio substi-
 tuit dicens, ea tantum ad illum affec-
 tum conuenire, quæ emolliendo di-
 gerere possunt: cuiusmodi sunt am-
 moniacum thymiamma & bdellium.
 Celsus similiter cap. 5. li. 5. ammonia-
 cum his verbis substituit: Bdellium
 in omnia, idem quod ammoniacū po-
 test. Paulus lib. 7. splanchnon, id est,
 brion, seu muscum reponit qualis est
 cedrinus, aut alterius arboris odori-
 feræ, nam & digerendi & emollien-
 di facultatis est particeps, vt inquit
 Galenus vti & alia. Hispanice. Bede-
 lio,

CATALOGVS.

Ammoniacum
Terebinthina
Muscus cedrinus

BITVMEN.

Bitumen (quod asphaltos est græcis) optimum cæterisque anteponendum, iudaicum esse censent autores, quod è lacu (cui mare mortuum nomen est) elicetur. Bitumen legitimū vix in Hispaniam aduehitur pro concinnanda theriaca. Nam quo officinæ uti solent, impoſtura potius quædam est pice, petro leo & alijs parata. Credunt nonnulli veri alphalti defectu mumiam vulgarem substitui posse. Nam in Syria pauperes mortui bitumine implentur ad extrema usq; ossa, quo nimis numiam huius temperis condiri assertunt. At utrius videtur genuini bituminis penuria picem siccām repōnere. Nam præter Pauli testimoniū

gale

Galenus quoq; insinuauit, qui lib. II.
simplici med. easdem vires tribuit bi-
tumini, quas lib. 8. pici. &. 3. methodi
cap. 8. refinam ait, picem, & asphal-
tū modice siccare, & immodice cali-
da esse. Conferens etiā Galenus sic-
eam cum liquida pice, siccā, ait, glu-
tinandis vulneribus magis congrue-
re, quod de bitumine Galenus enū-
ciauit. Hispanice. Betun de Iudea.

Probitumine. Pix sicca. BING

<http://www.vinicco.com.au>

¶ BEHEN.

Reponuntur hodie in antidoto
diamoscho Mesuæi , & in alijs
passim Arabum cōfectionibus
radices bché nomine ex armenia de-
latæ, quarum meminit A uicenna. 2.
cano. & Serapio in simplicibus. nam
ē Græcis autoribus , non inuenitur
qui illas posteritatis memorie prodi-
derit. Radices autem officinarū vul-
gares quæ nunc vbique à medicamé

ca CATALOGUS.

tarijs assumuntur, veræ ac genuinæ
non sunt de quibus Mauritani scri-
bunt, cùm prorsus inodore ac ineffi-
caces habeantur. Harum inopia ma-
Siluij cr- gno errore supposuit Syluius lib. i. de
ror. simplicium natura, radices eryngij:
cò quòd secacul Arabum (de quo ea
dem fere dicuntur quæ de behen)
nesciuit distinguere ab eryngio. Ha-
lyabas, siluestris pastinacæ radices, fi-
gura & temperamento illis assimila-
Horminū galliticū, uit. Auicen. 2. can. semen hormini &
& lingua auis, semē fraxini est. Lingua auis his verbis substituit. Lo-
co behen ponatur, quantum est ip-
, sum tuderi, & medietas pōderis eius
, linguae auis. Nam caput Auice. 702.
de Tuderti, est caput de Hormino a-
pud Dioscoridē. Hispanice. Una cier-
ta raiz de armenia. C Bal-
Hormini semē
& lingua auis.
Pastinacæ syl-
uest. radix. 109
C
Bal-

BALSAMITA.

Vod græcis syimbrium pariter
& latini appellatur, hoc scilicet
siæ balsamitam vocat, sub quo
nomine habetur à Nicolao in vnguē
to Martiano, & sub nomine syim-
brij à Mesuæo in clestario xiloaloes.
Paulus libro. 7. in syimbrijs penuria,
ocymum supponit. At quoniam sus-
peatum est ocymum ut in corpus su-
matur, ob excrementitiam humidis-
tatem, auctore Galeno sampſuchum
(quod maioranam officinæ vocant)
ſalubrius substituendum censemus,
potissimum in medicamentis per os
sumēdis. Galenus enim. 8. simpliciū
syimbrium ait tenuium esse partium
digerentis, excalfacientis, & resiccā-
tis facultatis, & temperaturæ in ter-
tio ordine: quæ omnia paulo antea
ad verbum de sampſuco prædixerat
his verbis. Sampſychon tenuium par-
tium

CATALOGVS.

tium & digerentis est facultatis, de-
siccatur enim & excallosa. 3.
Hispanice. Sandalos y erua.

Pro Balsamita } Maiorana.
Ocimum.

B E R B E R I S.

Ovo nunc berberis officinis vo-
catur, & Mauritanis, nō est o-
xyachanta antiquorū, ut ple-
riq; opinantur ducti Sorapionis sen-
tentia. Sunt quippe Berberis ex Pla-
tearij scriptis fructus rotundi aliquā
tulum oblongi & subnigri, quos in
Hispania s̄æpe videmus, gustu acido
& subaustero, punici mali acinis
haud absimiles, at oxyachantæ bac-
Hispano- cæ (quæ nostratibus Majuelas dicun-
rum majue tur) licet sint rubræ, stypticæ, & acer-
las berbe- bæ, longè tamen distat à berberis fru-
ris nō sunt tu, qui præter adstrictionem, inciso
muis cidi

ciditarem. Sic Melueus, confectionibus trociscorum, de berberis & diar rhodan, hūc fructū admiscet, quòd valeat ad febres inflammatuas, & ad acuitatem coleræ citrinæ, & ad sitem ut ipse in enarratis antidotis proposuit. Hinc toto cælo aberrant, qui loco berberis oxyachantæ fructum assumunt, qui id solùm præstat (Galeno auctore) ut omnibus fluxionum affectionibus medeatur. Consultius itaq; vi sum est, mali punici acida grana pro berberis substituere: nam adstringunt hæc, & æstuanti stomacho auxiliantur, Diocoride & Galeno testibus, perinde ac berberis fructus. Constat etiam (ut notauit in suo dispensario Placotomus) ribes si ad manum sit, subijci posse, cùm sint omnino eiusdem facultatis, & temperamenti. Hispanice. Berberis.

Grana mali punici aci

Pro berberis

Ribes.

Bede

CATALOGUS.

¶ BEDEGVAR.

RAEO apud nos innenitur planta
quæ p legitima spina alba, siue
Arabū bedeguar, possit demon-
strari. Hic in primis animaduertant
Brassauoli sententia,
sententia refellitur.
myropolæ, ne Brassauoli sententia,
bedeguar & suchaha, à syrupo deeu-
patorio propellant, quando non ex
adstringentibus vllis, sed meris ape-
tientibus, hunc syrupum constare au-
tumat. Nam pari ratione, absynthiū,
rosas, mastichen, spicam, vt adiunctio-
ria simplicia tolleremus. Nec Iacobi
syluij consilium recipiēdum, qui sub-
stituit filiculæ radicem, aut folia fabi-
næ, aliam ve herbā aperientem. Cū
enim Mcsuæus hunc Syrupum com-
posuerit ad illas curādas febres, qui
bus naturalia viscera imbecilla sunt
reddita, optima componēdi metho-
do, tam spinam albam, quam sucha-
ham inseruit, vt potè quæ sua adstri-
ctione

ctione, languida ac infirma membra
roborarent. cuius utilitatis Brasauo-
lus oblitus, has plantas syrapi inten-
tionibus aduersari falso contendit.
Dioscorides & Galenus pro spina al-
ba, spinam arabicam (quæ arabum
suchaha est) reponunt. Cæterū quan-
do hanc ex orientalib[us] non habe-
mus, illius vice, fumaria substituetur
ex Auicehna. 2. cano. cap. 84. de Be-
decoā, id est spina alba, ubi sic ait: Lo-
co bedeguar in febribus ponitur fu-
mus terræ. Dixit autem in summi terræ
historia, quod purificat sanguinem,
& aperit opilationes hepatis, & con-
fortat stomachū. Quas Ianè proprie-
tates, cuncti medici in syrupo deceu-
patorio collocarunt. Quod etiam ad
Galeni mētem ponatur fumaria pro
spina alba, eiusdem verba lib. 7. sim-
pli. medi. a pertissime demonstrant,
quæ sic habent: capnios, hoc est fu-
mus, factis simul & amatae qualitatibus, ,
est particeps, nec tamē plane cypers ,
est

CATALOGVS

est acerbæ. Quamobrem urinam bidoiam multamq; prouocat, sanatq;
docrinoris obstrunctiones & debilita-
tes. Cæterum si quis hanc sententiā
ut paradoxicam, vel dubiam reiece-
rit, radices caryophyllatæ supponat,
ut Matthiolus nobiscum sensit libro
Quarū epistolarum, 5. siquidem nō so-
lum hæ, odore quo præditæ sunt, vita
les spiritus recreant, sed alijs faculta-
tibus quam maxime conueniunt: pro-
funt enim celiacis stomachicis dylsen-
tericis, & cruenta spuentibus, men-
ses cohibent, ac cæteras quascunque
fluxiones, adeo ut epinae albæ & ar-
bicæ facultates omnes habent, sint
uq; suauiter odoratæ. Hispanice. Car-
bonylucstre.

Suchaha.

Pro bedeguar. Fumus terre-

radi. caryophillate.

PLATIA BYZANTIA.

Cochy

COnchylij tegumentum suavis
odoris onyx Dioscoridi est, lati-
nis vnguis, quod habeat in se
pertinixtum candorem in similitudi-
nem vnguis humani. Paulo testa si
ue conchula. Indica dicta videtur, ut
ab alijs seceratur. Officinis blatta bi-
zantia: sub qua voce habetur à Nico-
lao in aurea Alexandrina, & in anti-
doto è margaritis. Ostendi solent que-
dam conchylia pro vngue odorato,
quæ accensa non redolent, sed potius
fætent. Quapropter si veris blattis
careamus, purpuratum, aut buccino-
rum testas supponemus: quæ passim
manibus Lusitanorum repertuntur,
id quod Dioscori. confirmavit cap.
de onycho sic scribens: crematum
conchilium eadem efficit, quæ pur-
pura & buccinum. O B P

Problatta bizantia. Purpuræ & buc-
-odoliorum onychis in opercularum testarum
ut, insula Mignardalis ob mun-

GBA LAVSTIVM.

in

CATALOGVS

Dioscorides & Galenus balaustium appellant, florem malii punici sylvestris. Plinius vero libro 13. cap. 19. tam sativum quam sylvestrem florem balaustum nominat. aromatarius vulgus balaustias nuncupat: quo nomine recipiuntur in trocischis de charabe mesuēi autem ille succedaneorum, quisquis tandem fit, malicorium, id est corticem mali punici pro balaustio supponit. Cuius sententiam non possumus non probare, cum videamus reciprocalm ac indifferentem amborum usum esse posse in medicamentorum compositione. *Hispanice.* Flor de granado mótesino.

Pro balaustio. Malicotium.

T B O L V S

BOlus, in confectione trocischobrum de alchechengi Mesuēi, rubrica est, non autem bolus armeni

nicus vocatus. Nā sic, bis in vna compositione (quod absurdum foret) re pteretur. At si bolus non effet rubri ca, vice ipsius quælibet earum substi tui posset, potissimum sinopica, quæ (ut Diſcorides scribit) vim habet exicatoriam, obſtruētem, & adſtri ctořiam: quapropter vulnerarijs em plastris, & pastillis exiccantibus, & adſtrictorijs commisceri ſolet. Quā ſentētiā eisdem fere verbis Actius narrauit cap. de rubricis. Vnde fit, ut minimè piaculum existimauerim, alteram rubricarum probolo reponi: aut ſi maluerit quiſpiam bis rem can dē injcere in illa compositione, bo lum armenum adhibebit, qui eisdē viribus valet. Veri autem boli arme niaci loco, poterunt rubricæ ſuccedere, aut quæuis alia terra rubra diluti coloris, qualis pro luto armeno depingitur ab Auicenna can. 2. cap. 423. Hispanice. Almagre. p. 17. D

CATALOGUS

Pro bolo

Rubrica fabrilis, vel
sinopica.

Pro bolo arm.

Bolus arm. vulgaris
ruber.

BRIONIA.

Officinarum brionia, vitis alba la
tine appellatur, ut distinguatur
à nigra. Albę brionię radicis,
maximus est in medicamentis usus,
sicuti apparet in vnguento agrippa

Alfesiricō Nicolai, quod brioniam recipit: & in
in confec- tione alia vnguento alfesiricon Mesuei, in quo
mesuæi nō vox hæc Arabica brioniam significat
est bronia sed compo ut constat apud Auicen. 2. canon. Ga
sitio, quā lenus sib. 6. simplic. med. vitem nigrā
fasuricom nūcupat a pro alba his verbis substituit: Vitis ni
uice. 2. cā. cap. 280. gra, quæ proprie bronia vocatur, su
constat ex prædictæ, hoc est, albæ similis eit, sed
lithargirio ad omnia imbecillior. Hinc non pos
calchanto, sum non stomachari in Conrradum
& accro. Gesnerum qui libro de medicinæ chi
rurgicæ præstantia. Galenum hac in
parte

parte notauit. cùm, vt ille inquit, alba radix non vrat, nigræ vero caustica sit. Ex quo palam suam prodit ignoratiā in cognitione vitis nigræ: siquidē præter græcos, Arabes quoq; omnes, eadem posse consentiunt, tā albam quām nigram vité. Hispanice.

Nuez.

Pro brionia aut vite alba. Vitis nigra

B V G L O S S V M.

DVæ sunt herbæ linguae bubulae similes: altera à nobis borago nominatur, altera lingua bouis. Prima in hortis Hispaniae nunc frequentissima, ipsissimum est antiquorum buglossum. Huius boraginis species est, alia secunda, quam officinæ & nos buglossam & linguam bouinā appellamus: cuius radices cum sācharo condiūntur hodie utpote cras fiores, contra Syncopim & melácholiz morbos. An vero officinarum bu-

D 2 glossa,

C A T A L O U S E.

glossa, cirsium antiquorum existat,
alterius est speculationis, proinde ad
præsens ea consulte omittemus. Cæ-
terum melius fuerit cum buglossum
ad usum adhibemus, boragine in po-
tius quam vulgarem & campestrem
recipere; que tamen (si deficiat bora-
go) commode in usum vertetur. Cu-
ius testimonium præbet Mesuæus,
qui in syrupo de bizantijs & in alijs sa-
poris regis, succum buglossę dome-
sticæ, aut sylvestris, indifferenter ad-
mittit, utrunque buglossam comple-
ctens, quod ciudem sint facultatis.
Hispanice. Borraja.

Pro bugloso lingua bouina vulgaris

¶ De litera C.

¶ CALAMVS AROMATICVS.

A Rundo odoratissima, quæ qui-
busdam Asiac maioris lacubus
dum siccatur, enascitur, nomi-

ne calami odorati, passim in medicamentis usitatur. ad nos tamen hoc æuo non affertur, officinarum enim calamus aro (qui verius est radix) acorum legitimum censetur. Paulus lib. 7. sphagnon odoratum, hoc est, muscum arboreum supposuit. Serapio cap. simpli. 186. de lasahaten (quo nomine narcaphton grecorum nuncupat, & Hispanorum Almea) id ipsum his verbis substituit: Lasahaten,, virtutem habet calefacientem, fiunt,, cum eo fumigationes, & ponitur in,, confectionibus vnguentorum, & alijs confectionibus calefactorijs, & habet virtutem similem virtuti calami aromatici. Nos tamen minime temperarium putamus, si in veti calami inopia hic visualis vicarius substitutur, uti Hermolaus Barbarus & alij testantur, neque enim a veri calami Arabici viribus, haud ita multum recedit. Hispanice. Calamo aromatico.

C A T A L O G U S

Calain. aro. vul.
Pro calamo arom. { Muscus arb. odo
Narcapthum.

C I N N A M O M U M.

SIGaleni tempore tanta erat per
vniuersam Italiam cinnamomi
penuria, ut non nisi ab imperato-
ribus haberetur, nō dubium est, quin
vulgare nostrum legitimum esse nō
possit: præsertim cum Plinius pluri-
mas cinnamomi sylvas esse combu-
stas scripscerit. Cæterū quod cinha-
momum nostrum, vera sit Diosco-
ridis cassia, iam dudum optimorū me-
diorum testimonijs confirmatum
habetur. Cinnamum id nuncu-

Cinnamū Parisolet, ut constat apud Nicolaum
in confectione diachalaintha. Qua-
etia voce usus est Plinius pro cinna-
momo libro. io. cap. 3. & libro. 12. ca.
20. Dartenum quoq; vocari video à
iunioribus cinnamonum crassius:

vt appareat in confectione Alchemicæ, & electario aromatico moschato. Si tamen cinnamomum & darsenum simul compositio postulat, vt in electario de cinnamomo, melius est quantitatem optimi augere. Cū itaq; rarissimum sit cinnamomum legitimum, pro eo substituetur duplum pondus casiae ligneæ, vt in primitis Dioscorides testatur de casia his verbis scribens : Ea duplo pondere medicamentis mixta, cinnamomi vii cem supplet si ipsum desit, nam eodem effectus præbet. Accedit post ipsum Galenus lib. 8. de compositione phar. local. cap. 7. dicens : Consequenter autem post cinnamomum casia candem vim habet, optima videlicet & cognata ipsi cinnamomo. Sed ex professo pro theriaca præparandalib. i. de antidotis ait : At de casia necessarium est mihi cominemo, rare, cinnamomi penuria duplicandam esse illius portionem. Quantā

82 CATALOGUS.

autem vim habeat hoc duplicandi medicamenta præceprum in aliorū in opia. Galenus ipse dilucide monstrauit aduersus Quintum, loco paulo antea citato. Plinius lib. 24. cap. II. Sabinam duplicitate pōdere cōsdein effectus habere quos cinnamomum tradit. Cuius sententia Galenus fuisse videtur. lib. 6. simplic. med. cap. de Sabinā, eam (ex aliorum tamen placitis) substituens. Hispanice. Cinnamo mo arbōl.

Cassiae duplum.
Pro cinnamono. { Sabinæ duplū.

¶ C A S I A .

Vōd cinnamomū nostrum, id est canesti vulgaris, vera sit antiquorum cassia, abunde demonstratum est. Hæc dum cortice vestitur xylocasia est. quod nomen usurpauit Nicolaus in dialacca, nudata cortice cassia syrinx, quod fitulam

repræsentet dicitur. Loco igitur casia, semper cinnamomo nostro & vulgari utendum est in græcorum & arabum confectionis, siue sint aromatice, ut electarium de aromatibus Mesuæi, siue deiectoriæ, ut electarium Indum maius. At circaleasiæ cum cognomento fistula em dictam, quidam in eum ducti sunt errorem, ut in medicamentis soluentibus, casiam lenitiuam adhibendam esse velint, in reliquis aromaticam. Verum quâto in errore versentur, hierapicera Gal descriptio Nicolai (que casiam fistulam recipit) euidentissimè ostendit, cui odoratam admiscendam esse constat. Certò itaq; crediderim omnibus medicamentis ab Arabibus inventis quæ casiam fistulam recipiūt, solutiuam (ut dicunt) esse inferendā ut in syrupo fumi terræ maiori, & in medicamine hæme c. Mesuæi, atq; in Diacastoreo, & diaconto Nicolai. Si tamen in græcorum scriptis (relicto

casia fistularis quando aromaticæ, & quâdo solutiua in medicamentis intelligatur.

CATALOGVS

Actuario & Nicolao Myrcpsico, qui
à Mauritanis multa mutuatis sunt) ca-
sia fistula inueniatur, aut in Arabum
compositionibus à græcis transcrip-
tis, casiam adorata in Dioscoridis &
Galeni, semper injiciendam censem-
us, sicuti apparet in antidoto He-
magogo Nicolai. Item in athanasia,
& in hieris nonnullis à græcis descri-
ptis. ut verò ad casiam redeamus, p
ea Paulus cap. succedancis dicato,
cinnamomū ponit. Cognatæ enim
ad eò plantæ sunt, ut ramulos perfe-
ctæ casiarum, in totum cinnamomo simi-
les, & contra Galenus viderit, ut ipse
lib. i. de antidotis testatur. *Hispanice.*
Cancla.

Pro Casia. *Cinnamomum.*

¶ C A N C H R Y S.

Maximi olim usus fuit in medi-
cina primæ roris marini-spe-
ciei scmen, eiusq; mentione
scra-

scatent veterum medicorum formu
 læ: vocatur id canchrys, vt constat a-
 pud Theophrastum lib. 9. de histo.
 plant. cap. 12. apud Dioscoridem lib.
 3. cap. de rore marino, & apud Gale.
 lib. 5. cap. 9. de compositione per lo-
 cos. Differt verò canchrys à cachry.
 Cachris enim est quoddam peculia
 re parturientis arboris indicū, quod
 nec fructum, nec florem propriæ di-
 xeris. Plinio pilula dicitur, qualis in
 abiete, platano, picea, & alijs permul-
 tis videre licet. Ceterum canchris in
 opia, substituit Aetius tantundem py-
 rethri lib. 12. cap. 5. in Leæna empla-
 stro vbi ait: canchryos vinciam vnam „,
 accipito, aut pro eo pyrethri tantun „,
 dem. Et lib. 8. cap. 65. de pectori sup-
 puratis, præter pyrethrum, staphim
 agriam etiam supposuit dicens: His „
 addatur ros marini semen, canchrys „
 appellatum, aut pyrethrum cius lo- „
 co scu staphys sylvestris. & lib. 9. cap.
 34. in epithemate ex baccis lauri ad
 colicos

CATALOGVS

colicos, sic scribit. Quod si canchrys
non adsit, pyrethrum coniice. Hispanice. Si miente de romero.

Pro canchry. Pyrethrum.

Staphyagriæ semē.

CAMPHORA.

Posteriores Græci, & Maurorum quidā caphuræ meminere, atq; lachrimam Indicę arboris ferula cea esse dixerūt. Cæterum nihil certi ab eisdem proditum est, neq; etiā à Serapione plerasq; caphoræ differentias contundenti: quæ in duo fastigia rediguntur, in rudem scilicet & elaboratam. Camphoram ruidem Venetias nostro tempore importari audi: ibiq; igne vitreis organis elaborari, sic vt candescat, atq; pessu ceat: talemq; in Hispaniā afferri. Quæ res si sic se habet, crediderim nostrā vulgarē camphoram factam esse per sublimationem ex gummi rubeo, vt inquit

inquit Serapio. an verò tuto in medicamentis accipiatur, non ausim affirmare. Quicquid sit, tutius videtur Santala rubra substituere iuxta Arnaldi sententiam in proœmio antidotarij, vbi inquit: Medicamen compponitur interdū quatenus remittat excessum miscibiliū: propter quod ponitur camphora in electario Pliris, vel Santalus rubeus commodius, ut aliorum mitiget caliditatem. Et infra in eiusdem electarij descriptione, eadem sententiam confirmauit. Hispanice. Alcanfor.

Pro camphora. Santalus ruber.

¶ C A M B I L.

Paratur hodie in quibusdam Hispaniae officinis pharmacū, quod vulgus chirurgorum & seplasiorum, mundificatum ossium appellat. Quam compositionem, pri-

can.

CATALOGVS.

cā.sen.4.ca.ii. de cura ossis corrup.
quo postea transcripsit Guido de cau-
liaco. Quidigitur sit cambil, vix pos-
sumus diuinare. Nan Auicen. 2. can.
semen ait esse arenosum. Serapio a-
renæ similem facit cap. 68. de simpli-
cibus ex plantis. Guido, terram ru-
bram minutam interpretatur, cum
pharmaci compositionem enarrat.

Tagaultius libro. 3. institutionū chi-
rurgiarum cap. 14. & 15. Cambil Ara-
bum, terram Eretriensem Græcorum
esse putauit. Qua de causa, cùm non
satis sit in cōperto, quid verè sit Cam-
bil scu Canabel minimè erroneum
existimauerim, loco illius chalcitidē
imponere. Auicena enim de colco-
thar, id est, de chalcitide scribens, &
Serapio de vitriolo, easdem cambil
& chalcitidi tribuūt facultates paulo
plus minusve. Accedit Bertapalix
testimoniū cap. de osse corrupto, in
pharmaco cōmemorato, qui posuit
vitriolum adustum, Cambil autem
vt rem

ut rem ignotam substituit. *Hispanice.*
Especie de tierra no conocida.

Pro cambil. Chalcitis.

CHAMAE DRIS.

Chamædrys semina commemo-
rauit Andromachus cū theria-
cam describit, ut patet in i. Ga-
leni, lib. de Autidotis. Meminit etiā
chamedrys Nicolaus Myrepsus in
vnguento Martiano. Herba est inuē-
tu rara, quanuis abunde proueniat
prope Cenobium Franciscanorum
Castaneti, non procul à Toleto vrbe
Auicen. 2. can. ca. 136. in chamaedrys
penuria, folia eupatorij substituit.
quod de suo eupatorio intelligendū
venit, illud enim facultatibus chama-
dry omnino respondet, ut facile de-
prehendet, qui historiam eupatorij
adulterini (quod eupatoriū est Aui-
cennæ) apud recentiorum herbario-
rum libros, accurate perlegerit. *Hispa-
nica.* Carrafquila, y betonica menor,
y roble

CATALOGVS.

y roblezillo.

Pro chamaedry. Eupatorium Auice.

Q COSTVS.

Osti frutex nullo præter quam
radice pretio, in theriaca potis-
simum Antidoto. Qui in offici-
nis paſsim habetur; adulterinus est,
quippe nec vlla odoris suauitate co-
mēdatur, nec gustu adeo acri depre-
henditur, vt admotus exulceret, vt
Galenus inquit. Proinde medicamē-
tis, quæ Costum excipiunt, non erit
imponendus, cum præterea nos pla-
ne lateat, cuiusnam plantæ sit radix.
Si igitur legitimum consequi Costū
niqueamus, tātundem Helenij sub-
titucimus, aut cedri vel lauri fructus,
vt Paulus libro 7. ex Galeno retulit.
aut si mauiit quispiam pyrethri dimi-
dim ex Auicen, supponet. 2. cano.
aut piperis radicem (si adsit) quæ si
miles costo vires obtinet, vt inquit
gale

Galenus lib. 8. simplicium med. cap.
de pipere. Hispanice. Costo.

Piperis radix.
 { Helenium.
 Pro costo. } Pyrethri dimidium.
 Lauri aut cedri fructus.

CARDAMOMVM.

Dioscoridis cardamomū, carui a
greste vocavit magno errore Caruiagré
ste quid.
Serapionis interpres, & Auicē
na cordumenī. Quāuis Serapio cap.
alio, duas cardamomi species indica
uerit, maioris ac minoris discrimine.
Verū cum tanta sit hoc tempore in
cardamomi historia confusio, vt vix
scriptores conueniant, placuit non
nullis, vice cardamomi, cyperum aut
myrtum supponere, iuxta autorem
illum Galeno adscriptū de substitu-
tis medicinis. Attamen cum cyperus Autor li-
& myrtus contrarijs constant facultā belli succe-
tibus, ad strictione q; non letui pölleat dancorum
taxatur.

E hec

CATALOGVS.

nec plane respondeant ijs quæ à Galeno de Cardamomo scribuntur, nō est quòd eadem tutò in medicamentis pro eo recipiātur. Quare, pro duo bus cardamomi generib⁹, quæ à Mefusæo requiruntur in electorio letificante, & alibi sæpius, officinarum semina (sub nomine vtriusq; cardamomi feruata) quæ ignaua nō sūt, haud sine ratione accipi poslūt: perindeq; in græcorum compositionibus facie dum censemus. *Hispanice.* Cardamomo.

Pro cardamomo. Cardamomū offici.

¶ CARPESIUM.

M Auritani autores (inter quos est Auicēna & Serapio) cum de cubebis loquuntur, Galeni Carpesium omnino depingunt, quod nihil aliud est quā festucæ aut virgulta, cinnamomo similia, vt ipse refert Galenus lib. I. de antidotis, in cuius

cuius vicem phu, id est valerianę ra-
dices veniunt, eodem autore libr. 7.
simp. med. sic scribēti: phu, carpesio
in omnibus simile est non gustu tan-
tum, sed & facultate, sed plus habet
tenuitatis. Quæ Galeni verba, non
de phu, sed de rubea in Auicēna le-
guntur errore maximo, cap. 1382. cā Error Aui-
nonis. Ex dictis constat, vulgares of-
ficiarum cubebas similes granis pi-
peris (quarum meminit Platarius,
& quibus nunc vtimur pro medica-
mentis componendis) vt in Dianiso
& Aromatico cariophillato Mesuari
longè differre ab illis Serapionis &
Auice. & à Galeni Carpesio, nisi for-
te quis dicat carpesij fructum, Arabū
esse cubebas. Ceterum cubeba, vt
ait Platearius lib. de simp. med. fru-
ctus est arboris in transmarinis parti-
bus nascentis. qui nimicum cerebrū
corroborat, languentem stomachū
firmat, flatus ventris discutit, vteri
malis à frigore opitulatur, quæ omnia à

CATALOGVS.

Mesue prædicantur in suis compositionibus cubebas habentibus, ut pro ijs merito vulgares poni possint.

Pro carpeſio. Valeriana.

¶ C A L A M I N T H A.

EX tribus calaminthæ generibus primum montanum appellatū, reliquis ut efficacius anteponden dum censemt autores. taleq; eligi debet, cum absolutè scribitur calaminta, ut in confectione diacalaminthæ Gal. ex. 4. de sanitate tuenda. Secundum Nepitaqd. dum latini propriè Nepetā vocant, autore Dioscori. quo genere ut plurimum officinæ pro calamento vtuntur. Sic Nicolaus Nepetam habet in vnguento Aragon. Tertium (quod viribus inferius est) fluuiale vel aquaticum dici cœpit, cuius meminit Meſuæ in diacalamento, calamentum fluuiale & montanum accipiens. Quanuis Syluius in sua vocum aliquod

quod interpretatione, per fluuale
Mesuæi merastrum intelligat, & per
calamintham hortensem Gal. 6. per
Iccos cap. i. mentham vulgarem.
Sed cum societas magna sit inter me-
tham, mentastrum, & Nepetam, mi-
rum non est miseri quandoq; ab au-
toribus earum, & species & nomina
sicut testatur Barbarus in corollarijs.
Paulus libro. 7. calaminthæ penuria,
mentham sylvestrem reponit, quæ
mentastrum est, ut Diotcorides exa-
rauit. Possumus etiam herbam vul-
go gattariam appellatâ vrticæ folijs
similimam substituere, cuius magna
est i regijs viridarijs copia. Est enim
facie & facultatibus, alijs calaminthe
generibus admodum propinquæ.

Hispanice. Yerua Nenta.

Pro calaminta.

Nepeta, vel flu-

montana.

pialis.

Pro calaminta.

Mentastrum,

Gattaria herba.

C A T A L O G U S.

CASTOREVM.

GAlenus lib. ii simpl. med. testicullos castoris, castorium nuncupari tradit, medicamentum & celebre & multi usus, adeò ut Archigenes de castorij usu tantum cōscripsérat librum. Vulgus medicorū & pharmacopolarū, id quod in officinis habetur hodie, ipsius animalis testes esse constantissimè affimat, cum tamē renes illius videantur cōtriti, saretis inde testium folliculis. Cuius indicio est nimia eorum magnitudo, quum legitimi, parui admodum sint, & dorso ferè inhærentes, ut rerum naturalium scriptores testā

Hispanis Nutria dicuntur. Si igitur genuino Castorio destinatur ex cutamur, Lutræ testes subijci poterūt, ius pellecoriarij manicas conseruent, vires habētes. Accedit quòd Plinius ficiunt. lib. 8. cap. 5. Lutræ speciem castorem esse inquit, cùm scribit: Cauda pisciū

ijs, cætera species luteæ. Autor libelli succedancorum Galeno adscripti, blattæ pristinariæ (quam verme panarium alij dicunt) intestina pro castori ponit. Est id animalculum multipes pani & farinæ peculiare, quod græcis silphi dicitur. Vnde hallucinati sunt nonnulli Galeni interpres, qui in eo libello, pro castorio silphium substituerunt, id est lasserpitum, vel assa, græcorum nominum affinitate fortassis decepti. Hinc etiam magno errore arripuerunt occasionem quidam ex nostris pharmacopolis theriacam præparantes, assam fœtidam pro castorio injiciendi. Veruntamen, ut ad illum succedaneorum autorem redeamus, cum non eadē de verme panario, quæ de castorio scripta reperiantur, parum aut nihil illi tribuendum iudicamus. Auiceu.

2. can. loco castorij, tantundem aconi, cum piperis dimidio supponit, à quo non omnino recedemus. Nam

Silphi animal est silphium vetero herba.

Autor libelli succedancorum refellitur.

C A T A L O G U S.

cadem fere de castoreo & acoro scri-
buntur à Galeno : castoriumq; cum
pipere propinavit, de castorio scri-
bens in simplicium libro. *Hispanice.*
Compañones de biuaro.

Lutræ testes.

Pro castoreo. Acorū est piperis di-
midio.

C A R P O B A L S A M V M.

FRuctus balsami, quem carpobal-
samum dicunt, odoratior est sua
lachrima, vt asserit Theophra-
stus cap.6.libro.9, de historia plant.
Quomodo autem istud, & reliqua
quæ a Dioscoride notantur, cum vul-
gari carpobalsamo conueniant, vel
cæci consūmati saporis iudicabunt.
Fuchsius in suo de compositione
med. libro , carpobalsami loco, leu-
coij radicem supponendam censet:
eo quidem argumento (vt inquit)
quod ita scriptum repererit in libro
galeri

Galeni de substitutis medicamentis.
 Verū cum nusquā in legitimis Gale-
 ni libris inueniatur, hic autor si desit
 carpobalsamum, substituere leucoi
 radicem, cui nulla prorsus inest qua-
 litas neq; facultas, quę carpobalsamo
 respondeat, ineptissimum videtur,
 neq; est cui in hoc Fuchsij sententiā
 probemus. Quare genuini carpobal-
 sami defectu, cubebæ vulgares rec-
 tius supponentur, vt præter Matthio-
 lum pleriq; nobiscum sentiunt. Nam
 si eæ mandantur, mordent gustum,
 feruentes in ore percipiuntur, & aro-
 matis saporem referunt: quas nimirū
 qualitates, carpobalsamo inesse Diſ
 corides testatur. Hispanice. Carpobal-
 famo.

Pro carpobalsamo. Cubebæ vulgares.

C I C V T A.

PAULUS lib. 7. trochiscum ex vesi-
 carijs diaphysalidon vocatum;
 scribit, in quo ſemen habetur.
 eicutæ

CATALOGVS.

cicutæ, vti ex Galeno etiam colligitur lib. io. de composit. phar. local.

Autor suc**cedaneorū** **Galenos** ad **scriptus** ta**xatur.** cap. i. Autor succedaneorum Galeni.

cus, pro cicuta coriandri semen sub stituit absurdè. Nam cicuta gal. teste 7. lib. simplicium medica. summa habet refrigerandi vim, atq; adeò ve nenum est, cum tamen ex eodem ga leno, coriandri temperatura minime frigida sit ac simplex, sed varie com posita. Dioscorides lib. 6. cap. de Ta xo quatenus venenum est, taxū pro cicuta supponere videtur dicens: ea dem taxo quæ cicutæ remedia con uenire. Attamen ad galeni mentem & quatenus medicamentum est cicu ta, consultius videtur semen papaveris negri, vel alterius papaveris qua ræ speciei, pro cicuta in ijcere: valide enim illud refrigerat, ad stuporem usq; ad mortem perducens. Est enim ex quarto refrigerantium ordine ut inquit Galenus lib. 7. simpli. Et libr. i. eiusdem tractationis cap. 13. semen papa-

papaueris, & cicutæ in eodem téperamento constituit. Hispanice. ceguta canaheja.

Pro cicutæ semine. Papaueris semen.

C I T I N V S.

CElsus libro. 5. in emplastro Rhy pode cytinos capitula mal. punici latine appellauit. Pli. libro 23. cap. 6. primum mali punici partū florere incipientem cytinum vocauit. Galenus tamen libro. 6. de compositio. pharm. secundum locos ca. 1. cytinos interpretatur primogenita punica. Quo tépore enim arbor florere desinit, fructus ipsius apparet, figuratus in speciem punici mali.

Quod autem in fine veris cytini generentur, melioresq; sunt acidorum gendi. punicorum cytini (quorum fructus parum abest vt esitari nequeat) gal. inibi monstratum reliquit. Pro cytino malicorum in primis supposuit Dioſcori.

Cytiniqua
les sint cli-
gendi.

CATALOGVS.

„ Dioscorides lib. i. de malo punico, in
„ hunc modum scribens: Malicorium
„ asperum est mali punici putamen,
„ quod aliqui Sidion appellant, spisan
„ di vim habet, & quos cytini præbet
us. *Hispanice*. Flor de granadas.

Pro cytino. Malicorium.

CYTISVS.

*Cytisus vn
de dictus.* **I**NVENTUS est priuò cytisus in cytiso insula, vt ait Plinius. Crediderùt nonnulli, non aliam esse plantam cytisum, quā cam trifolij odorati speciem quæ Hispanis Trebol appellatur: de qua neq; Dioscorides neq; galenus (quod sciā) quicquā memorię prodiderūt, nisi forte legitimum melilotum antiquorum censeatur. Sed quòd iure putem aliam esse plantā cytisum à nostro vulgari trebol facit in primis gal. lib. i. de antidotis, vbi cytisum fruticem esse myrti magnitudine scribit. et Plinius lib. 16. cap.

38. inter arbores connumerauit. Similiter Collumella in calce lib. 5. cū longius de cytiso distinxisset, demū inquit: Hactenus d' arboribus præcepisse abunde est. Galenus pro cytiso, maluarum folia supponit lib. 7. simp. sic scribens: Cytisi folia, digerendi facultatem obtinent, aquę & tempera tæmista m sicut & maluæ folia. Hispa nice. Cytiso.

Pro cytiso, Maluarum folia.

C R O C V M.

Galenus libro de antidotis. i. selec^{tissimum} crocum pro theriacā dixit, non quod magnitudine excellat, tum flauissimum, tum ornatissimum, & longo tempore in vigore suo persistentem. Nunc in plurimisque Hispaniæ locis plâtatur, quod viribus orientali non cedit. Quare pro eo rectè supponetur. Cæterum tametsi in hortis hoc tempore satum proue

CATALOGVS

proueniat, non est illud cuius meminit Nicolaus Alexandrinus in antido
Crocū hor^{tense, carta}to Esdra, verum est cnicus, id est, offici
mus est of cinaruīn cartam, si fides sit adhibē
sic inarū.

da Syluatice, cap. 196. Pandectarij. In
omnimodo croci defectu, crocoma
gma, hoc est croci recrementum sub
stituit Dioscorides sic scribens: Cro
comagma vires croci proportione
quadantenus repræsentat, quādoqui
dem plurimam croci partem sibi vē
dicat. Hispanice. Açafran.

Pro croco oriētali. Crocum hispanū.

Pro croco.

Crocomagma.

CINNABARIS.

OPinātur quidam sanguinis dra-
conis lachrimam, verā antiquo
rum cinnabarim esse. Verunta
men à sanguine draconis fuisse diuer-
sam, ex Nicolai Myrepsi antidoto è
croco Esdræ satis patet. quæ & cin-
nabarim & sanguinem draconis ha-
bet.

bet. Veheméter caucant pharmaco pæi ne medicamentis compositis, cinnabarim vulgatem immisceát (nostris bermellon dicitur) quo pictores vtuntur. Nam & factitius est, & fossilis, venenatus & exitiosus. Fit enim ex argēto viuo & sulphure, per viam sublimationis, diuq; arte quādam igne torrefactis. Veri igitur cinnabaris loco, lapis Hæmatites recipiatur qui eiusdē est facultatis Dioscoride autore li. 5. cap. de cinnabari, sic dicēte: Vim habet cinnabaris Hæmatite lapillo candem. Hispanice. Sāgre de drago.

Pro cinnabari. Hæmatites lapis.

¶ CADMIA.

Cadmia fossilis seu naturalis, reliquias est multo prestantior, & verus lapis calaminaris. At factitia, quę ex ære in tornacibus canden te, fuligine egesta flatu & lateribus for

CATALOGVS.

formacum inhærente gignitur, haud
dubiè cadmia botrytys *Dioscoridis*
est: officinis omnibus male tutia ap-
pellatur. Hæc enim legitimo nomi-
ne compholyx est. *Paulus lib. 7. leu-*
Plinij lap- cographim Aegiptiam pro cadmia
sus. *supponit. Verùm hæc non est herba*
ut Plinio videtur lib. 27. ca. ii. de leu-
ce: alijsq; herbis pertractanti, quibus
leucographim quoq; annumerauit:
*quam tamē *Dioscorides lib. 5. & Ga-**
lenus lib. ii. simpl. med. genus lapidis
esse in Aegypto testantur, quod alio
nomine moroxus, Galaxia, & schi-
stus nuncupatur. & quo magis erro-
rem detergeret, eisdem vires, pro-
*prietatesq; leucographidi *Plinius ad**
scripsit, quas in eiusdem nominis la-
pide, *Dioscorides, Gal. ac Paulus pa-*
riter retulerunt. Possimus nos pom-
pholigem vice cadmiæ in medicamē
tis apponere ad Galeni mente in lib.
simpli. 9. vbi eadem posse cadmiam
pompholygem, & spodium suis capi-
tibus

tibus euidenter ostendit. *Hispanice.*
Calamina, y piedra calaminar.

Procadmia. { Pompholyx.
Leucographis lapis.

¶ COLOPHONIA.

RE S est factitia colophonia, nā
ex omni resina fit, pr̄sertim ex
pini resina, quoties per deco-
tionem ad id ducitur, vt in puluerē
redigi possit. Pices enim per ignem
fiunt: resinx sponte ex suis arboribus
prodeunt. Colophonia igitur pix, hi Pix & resi-
spana aut græca nominatur, quoniā ^{ua quo dif-}
ferant. ex his regionibus inuehiebatur. Pro
Colophonia supponit Paulus piccem
nauibus deram, seu naualem, quæ
picandis nauibus est aptissima, vt ad
diuturnitatem seruentur, ac muniā-
tur. *Hispanice.* pez griega.

Pro colophonia. Pix naualis.

F Cantha

CATALOGUS

CANTHARIDES.

IN vulgaribus antidotarijs scriptū
habetur vnguentum de cantharidi-
bus ex Nicolo Florentino cap. de
saphati tinea & pustulis: & apud Me-
Altarāhel suūm sub nomine Altaranhel: quā
quid. vox cantharides significat. Quales
autem esse oporteat, quotq; partes
sint ad usum recipiēdæ, dilucidè mō-
strauit Gale.lib.ii.simp.med.& 4. li-
bro de ratione victus in acutis mor-
bis super hydropicorum poculum.
Cantharidum penuria, buprestes &
pinorum erucæ supponuntur. Nam
postquādæ cantharidibus, bupresti-
bus & pinorum erucis, aliquantum
sermonē habuit Dioscorides, statim
subdit: Vis omnium erodere, ulcera-
re, calorem elicere. Quam sentētiā
confitmauit Galenus lib.ii.sim.med.
his verbis: Sūt & ipsæ animalis quod
dam genus: cātharidibus tum specie-
tum

viribus ad simile. Quin & cruce, quæ,,
in pinis nascuntur, merito sanè nun,,
cupatæ pitiocampæ istius sunt facul,,
tatis. Hispanice. Abadejos.

Pro cantharidibus. Buprestes.
Erucaæ pinorū.

C H A L C I T I S.

Chalcitis vulgaris quam nūc ha-
bemus, nil aliud esse creditur,
quam verum chalchatum, si-
ue vitriolum mauritanorum & offici-
narum, quod Hispani caparrofa vo-
cant. Cū tamen chalcāthum in chal-
citem transeat vetustate, vt ait Gale-
nus lib. 9. simpli. med. & in eisdem
venis vtrūq; inueniatur, pro chalciti
(quæ alio nomine ærarius dicitur)
chalchatum nostrum supponetur
rectè, aut Myſi ſubijcietur ſi ad manū Lapis ærā-
ſit. Nam autore Diolcoride cap. pro
prio. Myſi vim habet & uſionem cū
chalcitide eandem. Et Galenus libr.

34 CATALOGVS

nuper citato, videns super chalcitum
,, nasci Mysi, ut ærugo super æs: Mirū,
,, inquit, videti non debet, tria hæc me-
dicamina eiusdem genere facultatis
esse, Sori & chalcitum & Mysi, tenui-
tate & crassitudine partium inter se
diuersa. *Hispanice.* Caparrofa.

CHALCANTUM,

Pro chalcidine. MYSI.

SORI.

CORNUS CERVI.

Plinius dextrum cerui cornu ne-
gat ab ullo inueniri, quia id tan-
quam medicamento præditum
ipſi occulunt, humanæ vitæ tantam
fælicitatem inuidentes. Vruntur cer-
ui cornua, & postea lauantur iuxta
Gale. lib. ii. simpl. med. Sic in theria-
ca smaragdorum (quā nostrates offi-
ciinæ parant) cornu cerui vſum & lo-
tum recipitur. Paulus lib. 7. caprillū
cornu pro ceruino ponit. Nec est ex-
traqua

tra Galeni mentem, qui libro. 5. de
compositione phar. localium capite,
de dentifricijs, nullam inter vtrunq;
cornu fecit differentiam dicens in
quadam compositione: cornu cerui,
aut capræ vsti. Hispanice. cuerno de
cieruo.

Pro cornu ceruino, Cornu caprillum.

C E R V S S A.

Factitia res est cerussa ex plum-
bo quomodo docuit Dioscori-
des. Ex qua etiā sandix paratur.
Cerussa enim exusta donec rufum
colorem imbuat ē sandycem facit.
quod officinæ Serapionem secutæ
minium appellant, Hispani Azarçō.
Paulus libro. 7. recrumentum siue
scoriæ plumbi pro cerussa non ma-
lè supponit. Galenus tamen spodiū
& pompholygem adhibuit libro. i.
de compo. phar. per locos cap. 8. sic
scribens: Cerussa verò modicam qui

Sádix quid

C A T A L O G U S.

dem habet frigiditatem & ex phar-
macis est obducentibus meatus, pro
ea autem uti possumus spodium & pō
pholyge. Hispanice, Aluaialde.

Spodium.
Pro Cerassa. Pompholyx.
Scoria plūbi.

C E R A P O N T I C A

A Z Z V R E C

Dioscorides libro. 2. Cerā natio
ne ponticā optimā statuit aut
creticā, cera alba quē suapte
natura talis prouenit, pontica nomi-
natī consuevit, autore Galeno libro.
1. de compositione pharmacorum
per genera, licet aliunde proueniat
quod plurima in ponto alba nasca-
turi alijs in regionibus paucissima. pō-
ticæ ceræ in opia, alias ceræ differen-
tias apponit Galenus libro. 8. de cō-
positione pharmacorum per locos
cap. 8. pro ceratis & emplastris quæ
forinccus impónuntur. Sic vero in-
quit

quit: cera si nō pontica amara tibi in
promptu sit, aliā ponticam conijce,
& neq; illa prēsente, eam quæ Tyrre
nica appellatur: si vero neq; hæc ad-
sit, aliam aliquam odoratam & pin-
guem, si neq; talēm habeas, eam quā
habere potest lotam adde: liquefiat
autem in duplii valē. Aduertendū
tamen est, quod in componendis
medicamentis mordacitatis omnis
expertibus, fugienda est cera ut scri-
bit Galenus libro. 4. simplicium me-
dicamentorum cap. 6. quæ ex acri-
thymofoq; melle conficitur. Ad
quem vsum idonea censetur ex mel-
le tum aquosiori, tum dulci: talis est
cera alba virginca vocata sponte pro-
ducta, atq; ex nouis fauis separata:
alioqui alba factitia eligenda, cuius
facié doctrinam, Diocorides pro-
prio loco censuit, Huius defectu re-
centissima dulcis aqua lota accipien-
da erit: nam ea ratione à melle con-
tractam acrimoniam deponit. Sed

C A T A L O G U S.

Ceræ laua ceræ & similiū lauationem habes
tio à Gale no peten- apud Galenum libro. 2. simplicium
da. med.c.15. *Hispanice* Cera del Ponto.

Cera alba electa.

Pro cera pōtica. } Cera odor. & pin.

Cera quæuis lota.

C I M O L I A.

Nicolaus in Esdræ Antidoto ci-
moliām habet. Cuius duo gñā
à Dioscōride referuntur libro.
¶ cap. de terre differentijs. Plinius.
lib. 35. cap. 17. in quinq; differentias
partitum. Est autem Cimolia terre ge-
nus qua vtūtur fullones in vestibus
abluendis, diciturq; aliás tetra sapo-
naria, & cretal cimolia. Pro qua repre-
mentum ferrī & molæ simul attrito-
rum substituit Bernardus Cronem-
burgius libro. i. de compositione me-
dicamentorum. Idem feculit syluati-
cus ex celso cap. 162. simplicium suo
rum. in *Hispanice*. nomi Greda..

Pro Cimolia, { Recremétum fer
ri & molç simul at
tritorum

C I T R U L L U S.

Tanta est inter cucurbitas, pepones, cucumeres, & melopepones affinitas, ut sæpe numero Græci ac Latini, & res & nomina confundant. At citrullus genninus, fructus est sub cucumere comprehensus oblongus & ad modum flauus. Vnde multi eundem priuatim citrillum, & citreolum quasi citrinum vocarunt, & huius semina alba & lata sunt. Differt ab hoc, aliud cucumeris genus rotundum, herbacei coloris, in quo sunt semina lata, & color respadicea, hoc est in rufo atra: quæ officinæ citrillum vocant, & serapioni Dullahi nuncupatur cap. 244. quem interpres vertit Meloné magnum

*Citram vite
im mbea*

C A T A L O G U S.

num viridem. Utrum acipiēdum sit
in confectione trocīchorum Alche-
mīgi Meluei: parum refert dilcer-
nere cum eiusdem sint facultatis, &
sub amplissimo cucumeris genere
cōpleteātur. *Hispa*. Pepīno amarillo.
Procurulo vero, *Citrullus vulgaris*.

C O R T E X R A D I C I S C A P P A R V M.

Componunt officinarij vnguen-
tum pro splenū, cui cortices ra-
dicū capparū immiscent Pau-
li imitatione in suo oxymelli sple-
nico. Horū inopia supponūtur cau-
les, folia, aut fructus ex Galeno libro
7. simplicium sic scribenti : Radicis
" cortici, fructus pro portione virium
" respondet, nisi quod ad omnia sit im-
" becillior. Imò & folia & caules eius
" similē vim obtinent. Substitui simi-
liter potest cortex Myricæ arboris
(quam tamariscum vocant) cū cadē
de

de illis à Galeno scribantur in simpli-
cium tractatione, Hispanice. Corte-
za de rayz de alcaparras.
Pro cortice rad. Caules folia, fruct^o
capparis, { Cortex miricæ

C O N S O L I D A.

RECENTIORES herbarij, tria con-
solidæ genera constituunt, ma-
iorem, minorem, & medium:
quibus omnibus usus est Arnaldus
libro. 2. cap. 3. de crepatuta in cerato
ex pelle arietina. Tamen si Guido à
cauliaco maioris tantum & minoris
mentionem fecerit tractatu de de-
coratione cap. 7. in emplastro con-
tra rupturam hodierni usus. Ioan-
nes de Vigo in suo cerato conforta-
tuo, minorem tantum consolidam
posuit. Mayor consolida, nulli dubiu
est quin ea sit plāta, quam symphy-
tum Dioscoridēs vocat: de reliquis
tamen non est parua controuersia

CATALOGVS.

inter iuniores. At cum omnes consolide adstringendi vim habeant & consolidandi, in uicem substituuntur. Verum in unius defectu, persicariā maculatam subiiciendam censemus, quæ attestate vulgi fama & quotidiano experimēto: mire rupturas sanat. Poterit subinde magno usu pilosella herba consolidarū vicem supplere. Nam recentiorū testimonio, huius radix efficacissimum est aduersus ramicē remedium. *Hispanice.* Suelday consuelda.

Perficularia masculata

Pro consolidanda. Pilosellæ radix

CHARTA COMBUSTA.

Antiqui ex Papyro arbore chartas factitabant, quemadmodū nostri ex contritis linteis. Cæterum animaduertendum est, quod nostri usus charta quæ ex veteribus conficitur linteis: iudicem non pollet facul

facultatibus, vt Matthiolo placet,
 quibus ea commendatur, quam veteres
 ex papyro parabant. Quo fit ut
 dubium videatur, quo modo parari
 possit illud celebre Galeni medica-
 mentum de charta combusta ulceri-
 bus malignis utilissimum: itemq; pa-
 stillus Faustini à Paulo lib. 7. traditus ^{Carolus}
 Carolus Clusius. in suæ versionis anti-
 dotario, non dedignatur papyrus
 vulgarem vstam, pro charta combu-
 sta substituere. A cuius sententia quā
 uis non omnino discedamus, magis
 est ad Galeni mētem anethum vstū
 supponere, vt ipse Gal. monstrauit li.
 5. de methodo medendi ad finem,
 cum de ulceribus pudendorum sic
 scribit: Siquidem medicamen quod
 ex papyracea charta combusta fit, "
 hoc scilicet nobis vstitum, id genus "
 ulcera sanat: sicuti etiam anethum "
 vstum simili modo inspersum. Quā "
 sententiam confirmauit lib. 6. simpl.
 medi. his verbis: Anethum vstum ter-
 tij

C A T A L O G U S.

ti) ordinis, tum excalfaciétiū, tum exiccantium sit, & proinde ulceribus nimis humidis, molibusq; prodest, potissimum ijs quæ in præputio sunt inueterata, ea probè cicatrice includit. *Hispanice.* genero de papel quemado.

{ Anethū vſtum.

Pro charta cōbusta } Papyrus vulgaris vſta.

C H R Y S O C O L L A.

Chryſocolla quam ſeplafiarij, & Aurifices vulgo Borrace nominant, pauca admodum in officiis re perit, quæ ſynceriffima dici poſſit, & quæ colore ſit viridi porraccoq;, vt Dioscorides inquit, qualis eſt toſſiliſ. Factitia verò ex alumine rupeo, ſale, ac alijs quibusdam admixtis, non deficit. Vtriusq; meminit Galenus lib. 9. ſimp. medi. ubi ex puerorum urina fieri docuit, vt Dioscorides

corides quoq; prodidit libr. 2. in vri
næ mætione. Pro chryſocollo Arme-
nius lapis ſupponitur à Dioscoride
lib. 5. cap. de lapide armenio ſic dicē-
te: Eadem quæ chryſocolla præstat,
ſed inefficacius. *Hispanice.* Borrax, y
liga de oro.

Pro chryſocolla. Armenius lapis.

De litera. D:

DICTAMNUM.

Quanus dictamnum Cretæ insu-
le vi mirabili proprium ſit atq;
tarum, neq; inibi paſſim, ſed in
angusto duntaxat loco preueniens,
ut Teophrastus, Diſcorides & Pli-
nius ſcripſerunt, non ex eo inferre
oportet, nos vero dictamno carere
quemadmodū deceptus Manardus
putauit lib. 6. epiftola. 3. cum ex cre-
ta ad nos hodie deferatur. At quod <sup>Manardi
lapsus.</sup> vul-

CATALOGVS

vulgo habetur, folijs glabris & fraxineis, radicibus candidis, & floribus odoratis, nec verum est, nec veri locum imponendum, saltem in grauiis morum autorum precriptionibus.
Nam in recentioris alicuius autoris confectione radices dictamni postulantem, Dictamni hispanici enarratio dices subiicientur quibus solis medicatur, perinde ac Cretense, folijs, & caulinis, ut Galenus docuit libro... de antid. in theriacæ præparatione.
Veri dictamni inopia, pulegium supponi posset ex Diosco. lib. 3. cap. de dictamno sic dicente: Dictamnum præstat omnia quæ satium pulegiū,
" sed efficacius multo. Galenus etiam
" simplicium. 6. Dictamnū ait, tenuiore
" re essentia constare quā pulegium,
" cætero illi simile, Hispanice. Dictamo
" de creta.

Tro dictamno. Pulegium.

DYPHRIGE S.

Dyphriges, cuius solet esse usus
apud vulnerarios medicos, æ-
ris quasi subsidens fæx est aut
sedimentum quod sublato ære cohæ-
rens fornacibus inuenitur. Est verò,
Galenο autore lib. 4. de cōpo. med.
per genera cap. i. aptissimū pharma-
cum ulceribus ægrè humidicatis vi-
tio ad cicatricem venientibus. Hu-
ius inopia ponitur ochra combusta,
quæ nihil aliud est quā terra lutei co-
loris in pictorū usum cedēs. Id quod
Dioscorides docuit lib. 5. de dyphri-
ge sic scribens. Ochra chremata dy-
phriges vice venit. Quod enim ve-
niat, aut quod vendatur pro dyphri-
ge hoc terræ genus, fit propter simi-
litudinem virium in utrisq;. Sic enim
de ochra scribit Dioscorides, ac si di-
phriges vites ab eodem descriptas
denuò repeteret: hoc solum (ut ipse
inquit excepto) quod achra vehemē-
ter non exiccat linguam uti diphry-
ges. Hispanice. Hez del cobre.

CATALOGVS.

Pro dipbryge. Ochra combusta

DORONICI.

Nusquam de doronicis apud veteres græcos sit mētio. Actuarius catnābādium & Zarnabivocauit Doronicum. Paulo verò Mamyras (vt suspicor) vocatur libr. 7. cap. 3. Doronicorum radices, quæ in officinis nunc habētur ex Hispania, non omnino Mauritanorum doronicis respondent, nisi ipsorum defēctus, nostri cæli temperiei sint referēdi. Hac de causa pro Diamoschi. d. Mesuæi confectione, alijsq; vfitatis medicamentis, consultius fore credimus, legitimorū penuria, caryophilos reponere ex Auicen. 2. can. cap. 201. simplicium suorum, vbi sic ait: Loco eius ponitur zurumbet æquale pondus, aut duæ tertiaræ pondetis, ipsius de gatio filis. Hispanice Doronicos.

Pro doroncis. dōr Cariophilli,

spiculicis, 10 mīdo min. in oblongo

lanceolato, 10 mm. longo.

DAVCVS.

TOlius dauci, semen ut plurimū

vsurpatur. Sic in theriaca dauci
semen recipiendum expressit

Andromachus. De cipiūtut Ruellius

& Marcellus ac multi alij, eandem
esse plantam pastinacam sylvestrem,

& Daucum contendentes. Nā quā-

uis Dauci & pastinacæ sylvestris, sic
vires conueniant, ut ynum pro altero

vsurpari queat in medicamentis
componendis, nō ideo sequitur idē

esse Daucum & pastinacam agrestē:
Siquidē h̄i Diolcorides & Galenus

manifeste vtrām q; herbam suis capi-

tibus discreuerunt. Legitimum dau-

cum fæniculi folijs, in T'oleti campe-

stribus proliēnit copiosē: ynde quo-

differat dau-
cus a pasti-
naca silue-
stri.

CAT AL O G V S.

nit dicens: Ipsa verò herba , similem
» quidem vim obtinet , tamen semine
» inferiorem . At si tota dauci planta
cum semine careamus , si semen à
Paulo substituitur. Vehementer enim
excalfacit , digerit , vrinam mouet , &
menses euocat : vt Gale scribit . lib . 8 .
simplic . med . quæ omnia de dauci se-
mine ad verbum prædicauerat libr.
6. Enidem tractationis . Ceterum sū
herba (quæ lancer etiam dicitur &
vulgo Berraza) ubiq; nascitur in fon-
tium riuulis , nunquā ferè sine comi-
te Betula , ex qua hyenali tempore
magnus est usus pro acetarijs . Hispa-
nica . Dauco , y hinojuelo .

Dauci herba .

Pro dauci semine . } Pastinacæ sylues .

Sij semen .

D A M A S O N I V M .

Nter ignotas nostras seculo plan-
tas recensent nonnulli Damasoniu-
herbam , quæ grædis pariter & lati-

nis Alisma nuncupatur. Eo fiet ut in
ipso dignoscendo, inhibendum pauAlisma qd
lit per iudicium sit pharmacopolis,
donec certissimi quippiam ab homi-
ne singularis, & experientiae & doctri-
nae illis obueniat. Verum, quod hu-
ius plantæ radices, renum calculos
vehementer comminuant, vti Gale-
nus experimento cognouisse fatetur
lib. 6. simp. med. fit ut à medicis præ-
scribantur. Harum defectu eringij ra-
dices ponit Actius lib. 13. cap. 29. sic
scribens: Quod si damasonium non
ad sit eryngium conijce. Hispanice.
quibusdam. Llanten del agua.

Pro damasonio. Eryngium.

DORYCNIVM.

Non contingit nobis hactenus
legitimum dorycnium inueni-
re, quod descriptioni omnino
respondeat. Vnde hallucinari vide-
tur Corduscum alijs, qui putant do-

Valerij cor-
dictrot.

G 3 rycinum

CATALOGVS.

dycnium esse eam halicacabi specie,
in cuius semine effigies veluti cordis
humani insculpta apparet: quā Fuch
sius inter solani genera recenset, ha
licacabum peregrinum vocās. Siqui
dem hæc, tametsi in aliquibus cum
dorycnio conueniat, in multis repu
gnare deprehenditur. Paulus lib.7.
hiosciam i semen pro dorycnio subie
cit. At Gale.lib.6. simplicium medi
alias eiusdem farinæ herbas suppo
suisse videtur sic scribens: Dorycniū
,, temperamento papaveri simile est,
,, & mandragoræ, & similibus refrige
rantibus. Hispanice. Dorygnio.

{ Ayosciamus.

Pro dorycnio. { Papauer.

{ Mandragora.

De litera. E.

QE V P A T O R I V M.

Tres

TRes potissimum plantæ sub nomine eupatorij in medicamentis recipiuntur. Una, quæ græcorū est Eupatorium, agrimonia paſsim vocatur. Alia quæ in his locis viginosis & hortis reperitur solijs canabis & vehementer amaris, Eupatorium est Auicennæ in. 2. can. cuius historiam adamussim depingunt recetiores herbarij, adulterinum Eupatorium vocantes. Tertium (quod Mesuæo refertur) antiquorum ageratū esse tradunt. Igitur si vnicuiq; suum sit reddendum, in Auicen. remedij, suo vtendum est eupatorio, & in græcorum compositionibus agrimoniā addere conueniet, & in medicamentis à Mesuæo relictis, eius eupatoriū accipiendum est. Verum quotiam non satis constat de Mesuæi Eupatorio, pro eo substituent pharmacopœiaz in Syrupo, græcorum eupatoriū aut duplum pondus Asari & absynthij, ita ut amabo simul mista equent

CATALOGVS

pondus Eupatorij, vt ipse Mesuæus
„ testatur cap. proprio his verbis: Po-
„ nitur loco eius in defectu ipsius, ab-
„ synthij & Afari ana medietas ponde-
„ ris ipsius. Auicen. simiter. 2. can. id ē
„ pro suo eupatorio supposuit sic: Lo-
„ co eius ponitur pondus de asaro, &
medietas ponderis ipsius de absyn-
thio. Nec erit præter græcorum intē-
tionem. Hoc ipsum arabum succeda-
neum, pro suo eupatorio substitue-
re, vt contemplanti notum esse po-
tetur. *Hispanice.* Agrimonia.
pro eupatorio. Afari & absynthij dup.

¶ EPIPETRVM.

MEinīt epipetri Actius libro
3. cap. 76. in præparatione ace-
ti mulsi purgatorijs. Ut verò
appellatum sit Dioscoridi, certò con-
stituere nobis nondum licet. Sunt ta-
men qui Empetron esse putent: quo-
rum sententiam ob multas variasq;
cau-

causas minimè repudiandam existimamus. Epipetri in opiam sarcit scāmonium parī pondere: ut inquit Aetius loco supra citato his verbis: Adijce Epipetri triti ac cribrati vnciam vnam. Euacuat bilē. Si verò nō affuerit epipetrum, scamonię injice vnūciam vnam. *Hispanice.* Epipetro: *Pro Epipetro, Scamonium.*

E S V L A.

Esulæ meminit Mesuçus sub nomine alsebran in pilidis fœtidis maioribus: & sub nomine Anabula. Alsebran. Anabula. Nicolaus Alexandrinus in vnguento laxatio. Esulam requirunt hodie myropolæ: potissimum ad benedictæ Nicolai dispensationem quā uis Leonardus Fuchsius in Nicolaū Myrepsum super antidotum. 30. cha mæpytym pro cſula intelligendam esse probat ex vocum Græcarum Ni

CATALOGVS

colai interpretatione. Cæterū Esula
minor mauritanorum effigiē tenens
vocatę cancię, euidenter tithymalus
Cyparissias Dioscoridi dicitur, & ma-
iori semper anteponenda, quæ græ-
corum est pytiusa & de genere thi-
thymallorum, Galeno teste. 8. libro
simpli. med. Loco esulae, quælibet ti-
thymalli species succedit, cum eius-
dem sint facultatis, autore Galeno,
» loco prædicto sic scribenti: Hæc om-
» nia genere quidem similiter, imbecil-
» lius tamen & folia, & fructus præsta-
re possunt. *Hispanice.* Lechitezna.
Pro esula. Tithymallorum radices.

E V P H O R B I V M.

EVphorbiū, Galeno autore li-
bro. 9. de compositione pharm.
localium, succus est plantæ spi-
nosæ in manusiorum terra nascen-
tis. Eligendū est recens ut docet Ga-
lenus lib. 2. per locos cap. 3. quod ci-
to

to cius facultas exoluatur. Vetus autem euphorbium duplo pondere p recenti substituitur si desit, eodem Galeno autore loco citato cum ait: Verum si valde vetus sit euphorbiū, sed duorum aut trium annorum, duplum eius adiicies. hæc Gale. Veruntamen si omnino desit euphorbium, qualemq; sulphur aut castorium pro illo admittitur ex Aetij sententia lib. 14. cap. 27. sic scribentis: Deficiente vero euphorbio, sulphur aut castorium ammiscebis, aut cōsimile, quiddam calidum & tenuium partium. Hispanice. Gurbion.

Pro euphorbio { Vetus duplum.

recenti. } Sulphur.

Pro euphorbio { Castorium.

¶ E N D I V I A.

Ilc oportet in memoriam reuocare maximam seplasiariorum quorundam pertinaciam, qui

Endiuia of
ficiatū se
ris & inti-
bus voca-
tur.
loco

CATALOGVS.

loco legitime Endiuia aut intybi, syl
uestrem lactucam suo lacte refertam
Syrupis injiciunt, ex eademq; liquo-
rem instillant, quod maximè cū ple-
risq; detestamur. Nam et si lactuce syl-
uestri vis frigida insit, tamen præter
quā quòd nullam habet cum hepate
affinitatem, lac illud quo tutget, qui
busdam sui partibus adeò calorificū
est, vt linguam exurat. Oportebit igi-
tur deinceps intybum hortorū (sca-
rolam dicūt) ad vsum colligere, aut
cius inopia cichorium, quod intybus
sylvestris est, & eiusdem cum dome-
stica endiuia facultatis, vt ait Galen.
cap. proprio in simplicibus. Succedit
similiter chondrilla eiusdem Galeni
testimonio lib. 8. simpli. med. ad hūc
modum de chondrilla scribentis: cō-
drilla, & hanc quidam terim nomi-
nant. Est enim eiusdem ferè cum illa
facultatis, nisi quòd gustu amariuscum
la est ac proinde facultatate siccatio-
re. Hispanice. Endiuia.

Pro

Pro endiuia. Cichorium.

Chondrila.

ELLEBORVM.

NIgrum elleborum anteposuit
albo Mesuæus cū reliqua ara-
bum familia. Hippocrates ve-
rò, cæteriq; veteres, simpliciter no-
minatum elleborum, album semper
intelligebant, & nigrum non nisi
cum quodam discrimine vt docet
Gal.libr. aphorismorum commen-
tario.i. Quare obseruare oportet cō
positionem alicuius autoris, græcus
ne sit, an Arabs. Nam pro græcorum
componendis medicamētis, ellebo-
rum album accipiendum, cōtra quā
in mauritanorum conjecturis, in qui-
bus nigrum est usurpandum. At Gal.
lib.6.simp.med. nullā inter vtrunq;
elleborum differentiam agnoscit, vt
hinc constet, alterum vice alterius
posse supponi. Quod ipse euidentius
monstra

CATALOGVS.

,, mōstrauit lib. i. de compositione per
,, locos cap. de compositis ad alope-
,, cias sic scribens: Veratri utriusq; 3. j.
,, neque refert albo an nigro veratro,
,, quod ad manum sit utarum . At lib. 8.
,, simp. med. sesamoidē supponit pro
,, elleborō sic scribēs: Sesamoides ma-
,, gnum, quod & antycines helleboros
,, appellatum est propterea videlicet
,, quia semē eius ut Helleborus expue-
,, gat: hoc & reliqua facultate hellebo-
,, ro simile est. Nam & in abstergendo,
,, excalfaciēdo, desiccandoq; similem
illi vim obtinet. Paulus li. 7. ellebori
nigri penuria, radicem adhibet papy-
ri arboris, officinis nūc incognitam.
Auicce. 2. can. scribit, quod loco elle-
bori ponitur condes. quæ vox bar-
baris est græcorum struthion, id est
lanaria herba. Hæc enim similis est
ellebori viribus, si ijs quæ de uno
queq; ipsorum scripta sunt animum
admoveas. Hispanice. Vedegambre,
yverua de ballastro. Pro

Pro elleboro nigro. Elleborū album.

pro elleboro albo. Elleborum nigrū

pro elleboro. Lanaria herba.

Huius propositi omnes. Sesamoides mag.

Vomiciq[ue] ad hanc diabolice

¶ E P I T H Y M V M.

IN dubium vertunt recentiorum quidam, an vulgare Epithymū capillamenti speciem referens, veterum sit epithymū, quod florem thymi saturicæ similem esse scribunt.

Quam controversiam nō est nostri instituti dirimere. Creticum epithymum à Meluço commendatur, tale quæ designauit in Syrupo de epithymo, & in confectione pilularum stomaticharum. Paulus li. 7. de his quæ bilent atram vacuant epithymbrum pro epithimo substituit sic dicens: Epithymbrum quod thymbræ super, nascitur, ut epithimum similiter va- cuat, sed imbecillus est. Aetius quo, que sermonc. 5. Tetrabibl. i. cap. 29.

Aerē

C A T A L O G V S .

flotem stæbe addithis verbis: Simili
, ter autem velut epithimum purgat
, flos in stæbe enascens, & flos qui in
, thymbra nascitur, verum uterq; viri
, bus debilior est. *Hispanice.* Epitimo y
cabello's de tomillo.

pro epitimo. Epithymbrum.

Epistue.

E B V L V M.

Estrium. **I**n vulgatis Nicolai codicibus circa
vnguenti martiani descriptionem
dubia Esbrij vox, multis negotium
faceſſit, nec enim eſt ſaluia, nec ſam-
puchus, vt pandectari coaceruator
interpretatur. Alterutrum enim cō
positioni admiscetur, ſub nomine a-
maraci, & liliſragi. Verè tamen iuxta
codicem Nicolai gr̄cum Esbrium
ebulus eſt, planta nullis nō cognita:
cuius inopia ſambucus reponitur
Dioscoridis testimonio cap. de Sam-
buco & ebulo ſic ſcribentis: Eadem
utriusq; viſ & uſus exiccans. Accedit
Gale.

Galenus lib. 6. simpli. medi. dicens:
 Acte, tum maga illa & arborea, tum „
 herbacea, quā & chamaæcten Græci „
 vocant (latini hanc ebulum , illam „
 sambucū) utraq; potentia habet, tum „
 desiccandi, tum conglutinandi, mo- „
 diceq; digerendi. Hispanice. Yezgos. „

Pro ebulo. Sambucus.

ELATERIUM.

EX fructu cucumeris agrestis si-
 lue asinini succus elicetur, tū græ
 cis, tum latinis, elaterium vocatum,
 medicamentum nobile: cuius confi-
 ciendi rationem Dioscorides docuit
 lid. 4. Meminit elaterij Mesuæus in
 vnguento de Arthanita. Eius inopiā
 supplet ipse cucumis agrestis deuo-
 ratus, ut ante omnes retulit Hippo-
 crates lib. 6. de morbis popularibus
 parte. 5. sic scribens: Mulier, capra, „
 elaterium vel cucumerem agrestem „
 si vorauerint, pueris purgatio. Poni-

H tur

C A T A L O G U S.

tur etiam pro claterio succus foliorū
aut radicum ipsius herbæ , vt inquit
Galenus lib.8.simp.med.his verbis:
At radicis succus vt et foliorū , licet
claterio similem vim habeat, imbe-
cilliorem tamen. Sed & ipsa radix si-
milē facultatem possidet. *Hispanice.*
çumo de cohombrillo amargo.

Cucumis deuoratus ipc.

Pro claterio. Succus folio.& radicis.

Radix ipsius cucu.agre.

Q E B E N V S.

TEOPHRASTUS lib.4.cap.5. de hi-
storia plant.credidit Indiæ tan-
tum regionis vernaculum esse
Ebenum. Sunt qui lignum ex Indijs
petitum , quod quidam Guaiacum
pleriq; verò lignum sanctum appell-
lant, Ebenei genus esse crediderint, ni-
hil enim nisi summa nigritia quā ha-
bet ab Ebeno dissidet. Nam quas vi-
res hodie in ligno Guaiaco expecti-
mur

mur, ebeno tribuit Galen.lib.6. sim-
plic.med. vt ea de re vnum pro alte-
ro substitui possit. Hinc taxandus est
autot ille de substitutis medicinis,
qui loci arboris lignum pro ebeno
supponit. Nam Galeno autore lib.7,
simplic.loci lignum adstringentis est
facultatis, valetq; ad muliebria pro-
fluuia & dysenterias, cæliacosq; affec-
ctus , ad quæ ebenus non probatur.
Præfertur Guaiacum quod in totum
est album si recens sit, vt pote mino-
ris ætatis. *Hispanice.* Euapo. I F

Autor ga-
lenicus suc-
cedaneotū
taxatur.

Pro ebeno Guaiacum lignum.

De litera. F

FOLIVM.

Folium, quod malabathrum Græ-
cis dicitur, vix est qui hac ætate
viderit. Hallucinantur pharmacia-
copei, qui in theriaca, & syrupo de eu-

CATALOGVS.

patorio Mesuæi, vice folij macijs vtū
tur, cùm nardo potius vti debeant,
Dioscoridis testimonio de mala-
bathro sicscribentis: Easdem nardo
sortitur vires, sed efficacius omnia
" præstat. Galenus similiter lib. 7. sim
" plic. med. Malabathri, inquit, folium
" folium cum spica nardi simillimā fa-
" cultatem obtinet. Hispanice. Hoja de
la India.

Pro Malabathro Spica nardi.

FLOS AERIS.

Flos æris
ab squam-
ma & eru-
gine differt

DIffert flos æris, ab æris squama,
quod hæc malleorum ictibus
decutitur, flos vero erumpit,
ac concrescit subito, ac sponte ex æ-
re fusco, trigida asperfa. A uicenna lib.
5. summa. i. tractatus. ii. vnguentum
veneris siue apostolorum inscribit,
cui flos eris admiscetur. Decipiuntur
tamen qui credunt æruginem, id est
viride eris, & florem æris, ynā & can-
dēm

dem rem esse (quauis inuicem substitui possint ex recentiorum censura) quomodo enim flos æris fiat, Dioscorides docuit lib. 5. & Plinius lib. 34 cap. ii. Pro flore æris, squamma eiusdem quoq; supponitur, ut nō præter Galeni mētem testatum reliquit autor succedaneorum, quem Galenum fuisse inulti opināntur. *Hispanice.* Flor del cobre.

Pro flore æris. Acrugo æris.
Squamma æris.

FAV FEL.

ARABICÆ vocis Faufel, nullibi (quod sciam) mentio fit apud autores pharmaca concinnantes, præterquam in emplastro de fermento Meluæi plurimi usus ad vehementes viscerum inflammations. Ceterum quid hoc tempore verè sit nondum est in comperto. Quamobrem ex Auicennæ sententia. 2. cano

CATALOGVS,

nec cap. defufci, sandalus substituetur
cum coriandri portione. Quod simi-
liter confirmavit Setapio, cap. 345.
simplicium suorum, sic scribēs: Loco
taufel ponetur pondus ipsius sandali,
” & medietas ponderis eius ex corian-
dro recenti. Hispanice, Auellana dela-
India. Pro Faufel, Sādalus & coriādri dimi.

FUMARIA.

HErba fumaria, quæ vulgaris ad-
modū notitiæ est, officinis pa-
sim vocatur fumus terræ. De-
bet hęc Mauritanis lōgē magis, quā
Græcis, quòd illi eam pluribus com-
mendauerint viribus, vt Serapionē,
Auiennam, & Mesuæum legenti-
bus facile patebit. Fumariæ defectū
(cetsi nūquam fere deficiat) supplet
lupus salictarius (vt Placotomo pla-
cet) potissimum in medicamentis
contra scabiem. Quantum autē hoc

habeat

habeat veritatis, ex utriusq; facultati
bus inter se collatis, liquido consta
bit. Hispanice. Palomina,
Pro Fumaria, Lupus salictarius.

De litera. G.

GRATIA DEI.

PAratur hoc tempore in officinis
ex Guidone cauliaco tractatu. 7.
doctrina. i. suæ chirurgiæ empla
strum gratia dei appellatum ab eius
nominis herba quam recipit, de qua
non constat apud omnes. Iacobus
Manlius herbam vulgarem esse do-
cuit hyssopo fere similē in pratis abū
dē prouenientē, quam Andreas Mac-
thiolus gratiolam quoq; appellauit,
cum illius imaginem expressit in suis
ad Dioscoridem commentarijs. Hie
ronymus Tragus chelidoniū minus
gratiam esse voluit. Otho Brunfelsius

CATALOGVS.

geranij genera recensuit, herbarijsq;
gratiam Dei acrostrum ciconiæ dici
affirmat non temerè. Verùm quum
plura sint geranij genera, cui illorum
referenda esset non satis explicuit.
Tamen proemplastro concinando,
illud geranij genus quod folia ranun-
culi habet accipiendum esse, Fuch-
sius testatur ab insigni in sanādis vul-
neribus effectu, nomē gratiæ dei ob-
tinens. Cuius inopia aliud geranij ge-
nus passim cognitum ab herbarijs
(quod herbam Roberti nuncupat)
sumere oportet: cum præter scriben-
tium testimonia, huiusmodi plantæ
similis sint facultatis pro emplasti
confectura. *Hijpanice.* Pico de cigue-
ña, y Alfileles.

Pro gratia Dei herba Roberti.

G V M M I A R A B I C V M.

Vnde apud nos nunc ostenditur
Qummi arabicum ex multis ar-
boribus colligi, nonnulli sibi

persuaserūt ob colorum varietatem
persuaserūt ob colorum varietatem
in eo repertam. & quoniam ex dili-
gentissimis simplicium enarratori-
bus, nempe ipsam vñquam arborem
vidisse se, aut qui viderit audiuisse di-
xerit. Ceterum consentaneum est,
ut gummi simpliciter scriptum, vel
cum cognomento arabicum, acatię
arboris spinosae gummi sit iuxta sera
pionis interpretationem. Hoc enim
inter gummi genera optimum esse,
Plinius testatur lib.13.cap.ii. & Auicē
na.2.canone, cap.317. At in legitimi
gummi locum, tubi ciendum est tra-
gachantum. Diſcoridis testimonio,,
cap.de tragachanto sic scribētis: Tra,,
gachantum cutis spiracula vt gum-
mi obſtruit. Idipſum Galenus confir-
mauit capit.5.libri de oculis (ſi liber,,
Galeni eſt) ſic ſcribens: Gummi arabi-
cu in frigidum eſt & ſiccum, obſtruit,
tragachantum ſimiliter. Hispanice.
Goma arabiga. S. G. 10. 1. 1. 1. 1.

CATALOGVS.

Pro gummi arabico Tragachantū.

GALBANVM.

SVccus nascētis in Syria ferulæ,
galbanum autoribus appellatur.

Celsus lib. 5. sine surculis galbanū
esse voluit. quod autem nos interdū
habemus, lignosum appetet, & in se-
rapinum degenerans, sicut testatur

Galen. lib. 1. de antidotis. Hinc pro

galbano sagapenum substituit Actius
sermone. 2. cap. 25. lib. 14. sic scribēs:
" Sagapenum vires habet galbano si-
" miles, magis tamen discutit & atte-
nuat. Hispanice. galbano.

Pro galbano Sagapenum.

GLAVCIVM.

Quod græcis glaucion nomina-
tur, Serapioni & Auicennæ me-
mita est, quo nomine usu venit
in emplastro de fermento Mesuari.

Est autem glaucium, ut testatur Dioſ
Corides succus herbæ quæ ad Hierā
polim Syriæ naſcitur: quem nonnul-
li nefando errore, succum cſic cheli-
donij maioris credidere, eo ducti ar-
gumēto quod ſcriperit Dioscorides
lib. 3. ca. de glaucio, glaucium herbā
croceo ſucco totam madere, cuius
ſit uſus ad oculorum medicamenta.
Accedit quod glaucij ſuccus adſtrin-
gens & refrigerans eſt, ſuccus verò
chelidonij mordax & acris Dioſcori
de autore. Pro glaucio ſuccum lactu-
cæ, vel acetum & aquam ſupponit
Galenus lib. 1. de cōpoſitione med.
per genera cap. 4. in emplastro dia-
chalciteos, ſic dicens: Satius autem „
eſt uña cum hoc & glaucij quippiā „
indere. At his multo imbecillior ſed „
acquisitu facilis lactucæ ſuccus eſt, „
tum agrestis, turn hortensis. Et pau- „
lo inferius iterū ſic ſcribit: Horum „
omnium penuria miſcebis acetum „
& aquam. In cuius maiorem conſir-
mationem

C A T A L O G U S.

mationem venit Galenus lib. 6. sim
plic. med. vbi eosdem frigiditatis gra
dus, eisdemq; potestate tribuit glau
cio & lactucæ. *Hispanice.* cumo de v
nayera de Syria.

Pro glaucio Lactucæ succus.
 Acetum & aqua.

GENTIANA.

Gentianam omnium testimonio
Illyriorū rex inuenit Gentius
vocatus. Huius radicem (quæ
vñi est) usurpauit Mesuæus in Dia
lacca magna : eademq; vtuntur non
pauci ad varios vñsus, in montium ca
cuminibus ipsam queritantes. Gen
tianæ inopia supponitur alia vulga
ris planta, quæ non patuam cum gé
tiana cognationem habet: quando vi
ribus & notis illi plurimum respon
deat: vocaturq; ea de causa gentiana
minor à recentioribus herbarijs . At
Auicenna. 2. canone, asarum cum ra
dice

dice capparis substituit pro gentiana sic scribēs: Loco eius ponitur me dietas ex asaro, & medietas eius de radice capparis. *Hispanice.* lunciana.

Progentiana gentiana minor.

afari & rad. cappa. par pōd.

GLUTENALZANAC.

Meuus in emplastro diachylō magno, glutenalzanach recepit, nomen quidem barbareum, & satis hodie contouersum. Pandectarij autor, hēderam exponit eiusq; gūmī: sed perperam (ni fallor) tam calidē enīm est facultatis, Gale- no teste lib: 7. simplic. med. vt obfcuratur: quod fane ab illo empla- stro alienum sit oportet, Alij viscum quo aucts irretiuntur interpretantur. Qua de te (eius quicquid sit) loco ichthycolla, hoc est piscium glutinū supponetur. Cui plane sententia, hu- ius ætatis occulatissimi scriptores suffra-

C A T A L O G U S.

suffragantur. Præter id quod Diosco
rides dixit emplastris conuenire lib.
3. utileq; esse medicamentum. *Hispas*
nice. Certo genero de cola, o dc go
ma.

Proglutine alzanac. glutinū pisciū.

G A L L A O M P H A C I T I S.

Ianus Cornarius in suis in Galenū
commentarijs, tam primo quā sex
to lib. de compositione medicamē
rorum secundum locos acriter con-
tentit, nil aliud omphacitidem gal-
lam esse antiquioribus, quam calycē
illum quo glandes in arbotibus con-
tinentur, quem recētiores cupulam
vocant. Sed cum nusquam Dioscori-
des nec Galenus, omphacitidem gal-
lam glandium calicem esse tradide-
rint, non est quod in hoc illi adstipu-
lēmur. Dioscorides, Galenus, & Pau-
lus, duorum gallarum generuin me-
minerunt. Alteram (quæ præstātior
est

est) omphacitum appellant, id est, im-
maturam. Parua hæc est, rugosa, soli-
da, grauis & minime perforata. Alte-
ra plana, magna, flava ac perforata,
quæ non adeo viribus valet: verum
pro prima substituuntur. nam Diosco-
ride autore, utriusq; vis vehementer
adstringere. Supponit etiā Galenus ⁹⁹
pro galla omphaciti, fructum aut cor-
ticem tamarisci, ut ipse lib. 7. simpli-
med. de myrica seu tamarisco his ver-
bis testatur: Cæterum fructus & cor-
tex non paucam sortita sunt adstri-
ctionem, adeo ut gallæ omphacitidi ⁹⁹,
proxima sint, nisi quod acerbitas cui ⁹⁹,
dens est in galla. Attamen ubi galla ⁹⁹,
forte ad manum nō erit, eo uti liceat ⁹⁹,
ad omnia ad quæ illa utimur: in eisdē ⁹⁹,
& cortice. Hispanice. Agalla por ma-
durar.

Progallaomphacitidi. { galla maior.
fruct. tamar.
cort. tamar.

De lice

CATALOGVS.

De litera.H.

HAE MATITES LAPIS.

HAematites lapis, quo officinæ & pictores vti solent, vulgo vocatus lapis, legitimus non est, de quo meminerunt Diſcorides, & Galenus (quāuis non sit abſq; effacia pro medicamentis componendis) quippe hic factius est ex vulgaribolo arménio. Legimus autem ſotsilis eſt, & ſponte naturæ naſcens in metallorum cuniculis: qui fractus ſanguinem colore imitatur. Galenus lib. Simplicium. 9. pro haematite, magnetē, & ſchistum lapides ſupponit, ſic ſcribēs: Ex lapidibus unus eſt & magnes, adſimilē haematiti vim obtinet: verum infirmiorem, is qui vocatur ſchistus. Hisp. Piedrasanguinaria.

Pro

Pro hemat.fossilij { Hemarites factit,
Magnes lapis
Schistus lapis

HYSSOPVM.

Dabitant monachi illi qui Me-
suæum commentati sunt , an
vulgare hyssopum, legitimum
appellari possit, eo argumēto quod
dixerit Dioscorides (vt Marcellus in
terpretatur) origanum heracleoticū
folio esse hyssopi, non tamen habe-
re vmbellam hyssopi modo: quæqui
dem notæ nō visuntur in vulgare hy-
sopo. Verum hanc dubitacionem fu-
sissimè in libr. quem de stirpium hi-
storia sumus edituri dirimemus. Cæ-
terū cum nostrum hyssopū (vt expe-
rientia probat) ijs omnibus polleat
viribus quas illi reddidit Dioscorides
pro vero tamen subjicitur. Suponi-
tur etiā pro hyssopo, thymus ad Gal.
mentem lib. 8. simp. med. vbi dicitur

I. sopo

CATALOGVS.

sopo inquit, desiccatur & excalfacit
ordine. 3. sed & tenuum est partium.
quæ similiter de thymo scripterat li.
6. simplicium. Hispanice. Hyssopo yer
ua. .M V T O 2 2 Y H

Pro hyssopo. Hyssopum vulgare.
Thymum.

Alteram rute sylvestris specie,
Harmalam vocari quibusdam
ipse Dioscorides prodidit: quā
Mauritani autores Harmel dicunt:
cuiusq; semen ad vnum eligitur po-
tissimum. Caucant pharmacopæiae

Quirici de grauissimo errore Quirici de augu
augustis et stis luminis apothecariorum autoris
tor.

Icripta secuti, loco Harmel, fætidis,
& aggregatiuis catapotijs, cicutæ se-
men admisceant, quod & facultati-
bus Harinelæ repugnat, & lethale ve-
nenum existit. Similiter detestari o-
portet Macthei syluatichi perniciosit-
simum

simū errorem cap. 322. qui Harmel
 eum aspiratione scriptum apud Ara
 bes semen cicutę: sine illa semē rutæ
 sylvestris interpretatur. quomodo
 cunq; enim scribatur, semper rutam
 sylvestrē denotat, tum apud arabes
 præcipuos, tum apud Dioscoridē &
 Galenum. Harmel quanuis copiole
 Toleti luxuriet, ut nolla fere planta
 magis pedibus conculcetur, in Italia
 tamen, nec in plurimis Hispaniæ re-
 gionibus non videtur. Qua de re in
 harmel penuria, sine ullo errore po-
 terunt leplasiarij, alteram rutam syl-
 uestrem seu montanā subijccere, quo
 ries atabum harmel in suis composi-
 tis medicamentis admiscendum re-
 ptiunt: quoniam eadem quæ de se
 cunda ruta sylvestri à Galeno scribū-
 tur lib. 7. simp. med. sub nomine mo-
 ly per pulchrè respondent primo ru-
 ta sylvestris generi. Aut si illa non ad-
 sit, ruta domestica reponetur. Nam
 si quis exactè Galeni scripta de ruta

Mathei fil
 uatieri er-
 ior.

Iatiua ac sylvestri altera lib. 4. & 7.
simp. medic. perp̄derit, haud dubie
vtranq; indiscriminatim tutissimo
usu venire competet. *Hispanice.*
Alhargamia.

? *Probarmel.* Ruta montana.

? *Ruta domestica.*

HERMODACTILVS.

Duo hermodactili genera Me-
siæus constituit, vnum radicis
digitalis quod est Ephemeron
non lethale Dioscoridi, gale. & Pau-
lo. Alterū radice rotunda, quod du-
plex est. Quæ tria genera apud Pau-
lum scripta reperiuntur. Nam libro
5. meminit vnius sub nomine ephē-
meri, quod venenū esse dixit. in. 7.
alterius ephemerī mentionem fecit,
quod iris sylvestris appellatur, & lib.
eodem de hermodactylo purgatorio
loquitus est arthriticis maximè ido-
neo, cuius etiam meminit lib. 4. cap.

178. de podagra, & articularijs morbis. Ex quibus apparet, quod hermodactylus verus officinarum, qui Pauli hermodactylo responderet, ab utroq; differt ephemero, nullamq; habet cū colchico cognationem. Hinc discat pharmacopolæ ne colchicū suis medicamentis & catapotijs de hermodactylo inserat, quum probatissimo rum autorum testimonio, mortiferū sit medicamentum. Auicen. 2. cano. cap. 354. Hermodactili defecitu, alcā næ, idest ligustri folia, cum medio bdellij pondere his verbis substituit: Loco eius ponitur in doloribus iuncturarum, pondus eius de folijs alcā næ, & medietas ponderis ipsius de bdellio. Hispanice. Hermodatiles.

Pro hermodactylo. Ligustri folia cum bdelli dimidio.

HALICA CABVM.

CATALOGUS.

EX quatuor solani generibus a-
pud Dioscoridem, secundum pe-
culiari nomine halicaeabū, id est
vesicaria nominatur, & officinis al-
chechengi; sub qua nomenclatura pab-
rantur hodie trochischi ex Mesuāi
inuentione. Halicacabi inopia, sola-
num hortense & primum substituit
Dioscorides sic scribens: Halicacabū
” vim vsumq; hortensis solani haber.
” ex vtraque herba succus extrahitur,
” qui siccatus in umbra reconditur ad
cadē valens. hic tamē attendat phar-
macopola, ne ex̄! Dioscoridis verbis,
pro halicacabi fructu, fructū aut̄ folia
primi solani supponat in cōfectione
trochiscorū, quoniam in ea mistura scot-
pus est vrinę malis opitulari, ad quæ
non probant scriptores solanū hor-
tense. Quam difficultatem dilucide
absoluti Galenius lib. 8. simpliciū me-
dic. sic scribens: Halicacabum igitur
in foliolum facultate, hortensi solanū
no simile est, fructum habens vrinę
cicndax

ciēdæ idonum. Actius similiter ser-
mone. i. tetrabibli primæ, solanum,,
inquit, hortense, adstringit & frigefat,,
cit ordine secundo, quod verò halicacabum appellatur, in foliorum fa-,,
cultate simile est hortensi, verūm fru-
ctus eius vrinam ciet. Ex quibus pa-
lām est, Dioscoridis sententiam pro
halicacabo, solanum hortense suppo-
nentis, coarctandam esse, ut de folijs
tantum intelligatur. Quamobrē pro
halicacabi fructu, ruscī fructum sup-
ponemus, qui Dioscoride autore, vri-
nam ciet & vesicæ calculos frangit.

Hispanice. Bexigas de perro.

<i>Pro halicacabi</i>	<i>Solanum hortensiss</i>
<i>foliis.</i>	<i>folia.</i>
<i>Pro halicacabi</i>	<i>Ruscifruitus seu</i>
<i>fructu.</i>	<i>baccæ.</i>

¶ H E Y L.

IN confectionibus aromaticis Me-
suæi, cardamomi genus est heyl, si
credimus falsæ interpretationi Se-

82 CATALOGVS.

rapionis dicentis: cardamomum maius est heyl, min^o verò hylbane. Cæterum cum Auicen. & alijs ex arabum familiâ autores, in miua seu Syrupo de cydonijs, cardamomum maius, et minus, & heyl simul accipiant, facile adducor ut credam heyl esse, quod Auicenna appellauit cozbague. 2. cap. no. 204. sic scribens: Granum est paruum simile cardamomo quod afferetur de Sclauonia calidum & siccum in tertio, & eius virtus est virtus cariophilli: est bonum stomacho & hepatis frigidis, & retinet vomitum. Ex quibus apparet, eadem posse medicamenta heyl habentia & cozbague proindeq; cariophylos heyl penuria substitui posse. Hispanice. genero de cardamomo.

Pro heyl. . I Cariophilli.

• A. I. H E P A T I C A. Herba.

HErba hepatica officinis appellata, usum præstat in Syrupis de cndiuia gentilis fulginatis, & de cichorea Nicoli Florentini. hanc græcis lichen appellari tradunt. Sed qua ratione non constat. neq; apud celebrem autorem vel græcum, vel arabē legitur, lichenam herbam, hepatici uilem esse. Quod si Mattheus siluaticus scriperit, ex Serapionis & Galeni autoritate, valere hanc herbam contrasplenitis, atque hepatis obstrunctiones, & contra alios iecoris morbos, hi tamē lichenis effectus, neq; à Galeno, neq; à Serapione scripti leguntur. hac de re certo statuimus, pro hepatica in dictis Syrupis, eupatorium injicendum esse. de hoc enim scribit Galenus lib. 6. simplici medic. quod hepatis obstrunctiones expurgat, atque hepar ipsum corroborat. Ac libro de antidotis inquit, quod affectum hepar, sæpius herba eupatorium efficaciter iuuuit. Hispanice

sicc. Yerua delhigado. si scdūt. T
ab 2000v. m̄ 3000m. molv. & 1
Pro hepatica. s̄i Eupatorium.

¶ HIPPOCISTIS.

Nascitur cystus & hyppocistis
in quibusdam hispaniæ locis,
indeq; deberent pharmacopo-
læ oīnni diligentia conquirere, præ-
cipue cum sine vero hippociste con-
fici theriaca non queat. Vbi hippoci-
stis defuerit, balaustij succo uti possu-
mus ex Diosco. cap. de malo punico
sic scribēti: Balaustrium sylvestris pu-
nici flos est cytino similis: succus ex
eo exprimitur hyppocistidis modo,
cui adstrictoria vis inest, eadē faciēs
quæ hyppocistis. Galenus lib. 8. sim.
med. succum lentisci reponit, sic de
lentisco scribens: Succus ex folijs lē-
tisci viridibus exprimitur, ad hyppo-
cistida, non nihil propè accedens. Hi-
spanice. hypoquistidos.

Pro

SIMP. MEDICA. 70
Probippocifide. Balaustij succus.
Lentisci succus.

ZVRIA ZVMATVZ VI

De litera I. &c

-ib autem pluri sanguis
- IRIS ILLYRICA.

Veteres in plerasq; species discer-
nunt huidem. Galenus tamen illi
in libro primo de antidotis autor
est, omnes herbarios irim in illyrio
natam optimā esse scripsisse. Hodie
quidēm hispanica, pro illyrica non
male usurpatur pro diairetos cōposi-
tione, & alijs in medicamentis compo-
nendis. At iride omnino deficiente,
helenium odoratum subjici posse a-
deo euidens est apud omnes, ut no-
stra non cogar de inonstratione. Qui
tamē sibi velit facere satis, adeat Pau-
lum lib. 7. & alios ante ipsum simpl.
medi scriptores. Hispanice. Lyrio car-
deno. dicitur non exinde auctor
boni.

Pro

CATALOGVS.

Pro iride illyrica. Iris hispanica.

pro iride. Heleniū odoratū.

I V S Q V I A M V S A L B V S.

COrrupta voce Iusquiamus dicitur officinis, quod hiosciamus & appollinaris latinis est, ab appolline medicinæ inuentore. Prima eius genera quoniam insaniam significunt, & soporem, in communi usu damnari, veteres testantur. Tertium (quod album nominatum est), utile ad medicinam censetur. Vnde Mesuæus illius generis iusquiamum explicauit in confectione Philonij, in athanasia magna, & i similibus medicamentis. hyosciami albi defectu, rufum accipedium esse Dioscorides præcepit, quod non tutum ex prius dictis videtur. Autor quidam non contemnendi nominis inter grecos semen rubicanini supponit Quæ sententia Galeno non placet lib. 7. sim. med.

med. vbi ab illo cauendū esse docet,
quod fructus eius lanæ speciem ha-
bet cœu arterię infestum. his de cau-
sis commodius est semen hortensis
solani adhibere, cū Galenus & Dios.
dilucidè ostenderint, quanta affinita-
te utriusq; facultates coniungantur.

Hippanice. Beleño blanco.

Pro insquiamo albo. Solanū hortēse.

De litera.L.

L A P I S A R M E N V S.

ARABES autores armenum & la-
zuli lapidem vocatum, simul
codem capite confundunt: ut
constat apud Serapionem, qui cum
de lapide lazuli scribit, nō alia refert,
quam quæ de lapide Armenio à græ-
cis tradūtur: præsertim ab Alexádro
Tralliano, Actio & Actuario. Mesuæ
us verò, licet vtrunq; lapidem distin-
guat

CATALOGVS

guat, non tamen vires ac proprietates admodum differentes in utroq; conscripsit. hinc sequitur pro armie no lapide in diafene Nicolai lapidē lazuli cerulei coloris substitui posse, non illum (inquam, Dioscoridis, qui nec maculatus est, nec purgatorius: sed eum potius quem stellatum vocamus, punctis aurcis infectū. Qued autem inuicem supponantur hi lapides, expressit Auicen. 2. can. cap. 57. de lazulo quod lapis armenus ipsi est, sic dices: Virt⁹ eius est, sicut virt⁹ eius quo adharet aurum, debilior parum. Et quinto canone tractatu. 2. cap. 1. sic ait: Lapis lazuli similē vim habet cū eo quod dicitur de Armenico lapide, nisi quia est ipso debilior modicū. Hispanice. Piedra de Armenia.

Pro lapide armeno. Lapis azuli.

L A B R V S G A

2603

Quod

Quod latini labruscam vocant,
 græcis œnāte dicitur, quod nō
 solum veteribus significat quā
 vitis flos non tantum iusticiferæ,
 sed etiam fructiferæ, quod aperit te
 statut Galenus lib.8.cap.1.de com-
 positione med.secundum locos, his
 verbis:œnantes appello vitium syl- "
 uestrium germen, vna cum floribus, "
 ex quo succedentibus diebus vna sit "
 hęc galenus. Cæterum aduertendū
 est, quod etiam domesticæ vitis flos
 œnante dicitur: verūm quia sylue-
 stris vitis vi multo magis adstrictoria
 pollet, is per excellentiam œnante
 appellatur. Labruscam / cu vitis sylue-
 stris florem requiritūc nostri Myropo-
 le pro emplastro diaphinicon Me-
 suxi componendo. Cuius penuria,
 vua immatura siccata supponitur ex
 Actio lib.9.cap.48.de phatmacis ad
 fluxus vētris, sic scribenti: Baccarum ,
 myrti colearia tria, anisi rosarium sic ,
 carum, œnantes, acaciæ singulorū ,

CATALOGUS

chlearc vnum. Palmarum carne subi
" ge, ac dracmam vnam præbe. Si oe-
" nante haberri non potest, vuas imma-
" turas siccatas conijce. *Hispanice* Flor-
de vid syluestre.
Pro labrusca. Vua iñatura exiccata.

L I N G V A A V I S.

FRaxini arboris notę semen est,
quod auis linguam appellant
officinæ. alij verò linguam pa-
serinam. Hanc requirūt nostri phar-
macopæi pro confectione Diasaty-
tion Mesuæi. Auice. cap. 437. 2. cano-
nis. pro lingua auis (cuius nulla apud
antiquos mentio facta reperitur) nu-
cem moschatam & hormini semen
supponit sic scribens: Loco cius in
mouendo coitum, ponitur æquale
pondus de nuce muschata, & pon-
dus cius de hormino. Serapion simi-
liter cap. 226. simpli. suorum nucem
muscata m, & behen rubrum substi-
tuit

tuit sic scribens: & pro ea ponitur pō
dus cius de nucc muscata: & medie-
tas ponderis cius ex behen rubro.

Hisp. Smiente de frexno.

Pro lingua autis. Nux moschata.

Hormini semen.

LOTI ARBORIS CORTEX.

LOcus arbor, quam latini Celtim
& Fabam græcam (ut quidā vo-
lunt) nominant, hispanis cū suo
fructu notissima est, almaizo siue al-
mel vernaculo sermone ipsam appel-
lantibus. Lotum scriptis tradidit Ga-
lenus lib. 7. simpl. med. cuius ramēta
maximè cōmēdauit ad mulierū pro-
fluuias, dysenterias, & alios ventris flu-
xus. Pro cortice loti arboris, pini cor-
ticem supponit Aetius lib. 9. cap. 48.
de pharmacis ad dysentericos sic scri-
bens: Quod si lotus non adsit, corti-
ce pini vtaris. Et paulo inferius, me-
spili corticem subiecit his verbis:

K

Quod

CATALOGVS

,, Quod si lotinus cortex non adsit me
,, spilino pro eo vtaris. *Hispanice.* alme
,, zo y lidonero.

Pro loti arboris cortice. Pini cortex.
Mespili cortex

PLACCA.

Serapio cap. 181. de simp. ex plan-
tis, natuam laccam duplicem o-
stendit. Prima est Dioscoridis cā-
camum, quod Lusitani & hispani
anime dicūt. Altera est infectoribus
expetita, ijs tingēdis sericis, quæ vili
pretio venæunt. Atque hæc ipsa Dia-
laccæ medicamento miscenda erit,
& hanc Myrepſus intelligens, laccā
infectorum vocavit in sua dialacca.
Caucant pharmacopole, ne mona-
chis in Mesuæū scribentibus, acquie-
Monacho ſcant, qui in dialaccam magnam io-
rum error. co laccæ, ſanguinem draconis ſuppo-
nunt, qui aditringens eſt, contra lac-
ca aperit & extenuat. Tutius enim
putamus vcræ lacce inopia, primum
ipſius

ipsius genus, quod cancamū vocant
supponere: Siquidem autore Paulo
lib. 7. vis cest obesos extenuare, a-
penite obstruta, & abstergere: que-
lāne facultates in dialacca exoptan-
tur. *Hispanice.* gomalaca.

Pro lacca. Cancarium.

LYCIVM.

LYcium à lycia regione, in qua
nascitur, succus est Dioscoride
autore arboris spinolæ. Officina
rum lycium adulterina res est, è plu-
ribus succis conflata, nam & ex pery
climeni baccis, & ex prunis sylvestri
bus expressum succum in solatum
artefactum, huius vicem mentiuntur
Pyxacanthæ unde verum extrahi ly-
cium possit, in Lyguriæ alpibus pro-
ueniunt, sed adeò modice citramus
quæ ad usum medicinæ faciunt, utica
etiam ignoremus, quæ tamen nobis
à natura offeruntur. Lycium recipiunt

K 2 pilulæ

C A T A L O G U S.

pilulæ lucis minores, Mesuæ. Defini-
“ ciente tamen licio, liquamentū rhois
“ supponitur ex Diōscoride quū capi
“ te de rhoe sic scribit. Liquamentum
fit ex aridis folijs ad crassitudinem
mellis in aqua decoctis, ad eadem ut
lycium conueniens. Licij similiter vi-
ces, ex eodem autore, supplet amur-
ca, vt ipse lib. i. cap. de amurca , his
,, verbis testatur : Decocta in cupreō
,, vase ad crassitudinem mellis adstrin-
git, cæteros præbens lycij effectus.
Hispanice. Lycio.

Pro lycio. Liquamentum rhois.
Amurca.

L I G V S T I C V M.

Cheisim. **L**iguisticum à liguria vbi plurimū
nascitur appellatum, Galeno ly-
biticum dicitur, officinis leuisti-
cum : cheisim barbaris nominatur,
vt appareat in Dyacimino Nicolai, &
in altero clectario d' aromatibus Me-
suæ

fuēi. Vero ligustico, Genuæ, & pertō
tam Liguriam pro pipere vtuntur, &
inibi semen in ciborū cōdimenta ve-
nit. Vnde Plinius lib. 20. cap. 17. de
aniso scribens ligustici vicem præsta-
re dixit in condimentis, cum idem
possit in medicamentis perinde ac
cuminum, ad Galeni mentem libro
7. simpli. medi. vbi cum de lybistico
scriberet, semen eius excalfaccere, a-
deò vt & menses cicat, & vrinas pro-
uocet, flatusq; discutiat: eadem de a-
niso & cumino, & caro codemq; li-
gustico prædicauerat, sectione de cu-
mino his verbis scribens: Cymini se-
mine in aximè utimur, quemadmo-
dum anisi, ligustici, cari. Est verò &
facultatis excalfacientis, sicut illorū
vnunquodq; tum vrinam mouentis
& flatum extinguentis. Hispanice.
Lcuisticos.

Pro ligustico. { Cucumini semen.
 } Carum.
 } Anitum.

K 3 Lapis.

CATALOGVS

LAPIS PYRITES.

Marcasita.

Pyrites græcorum lapis, nō aliis
est quàm Marchasita vulgaris,
quæ in metallorū fodimis diuersa
effigie & colore reperitur. Hūc lapi-
dē cōmēdauit Galenus lib. 2. de arte
cur. ad Glauconem, ad scirrosos affe-
ctus persanādos. Gius, si deficiat lo-
co, Molarem lapidem supponit sic
dicens: **Q**uod si Pyrites in promptu
non sit molari est vtendum. Sic enim
lapidē ex quo molas parant, quibus
frumentum molimus, vocant. *Hisp.*
marcasita. *Pro lapide pyrete. Lapis molaris.*

LAPIS LINCIS.

Nicolaus in confectione lithon
tripon, & in Nephrocattartico
lapidem lyncis apposuit: lyncu-
rium etiam appellatum. quoniam
Dioſcoride autore lib. 2. cap. de vri-
na

na, & Plinio lib. 8. cap. 38. vulgo cre-
debatur lyncis animalis vrinā simul
ac excernitur, concrescere in calcu-
li duritiem. hinc discent myropolæ,
lapidem lyncis quem impostores vē-
dere solent, spongiosum, grauem, &
subnigrum, rem esse incognitam &
factitiā. Quin potius (vt docet dios-
corides) verum lyncurium species
est succini paleas & plumas attrahē-
tis. Quod Actius lib. vndecimo. cap.
13. de antidotis ad calculos mōstra-
uit. Electrum siue succinū inter me-
dicamenta lapides frangentia cōme-
morans. Vnde arripuerunt occasio-
nem nostri pharmacopolæ (pro an-
tedictis Nicolai confectionibus pa-
randis) injiciendi succinum charabe
vocatum , loco lapidis lincis. quod
improbare nō possumus, cum videa-
mus confectionem trocischorum al-
chæchengi Mesuēi, ad vrinæ mala de-
stinatam, charabe recipere: nec non
ipsam lithon triponantidotum, mc-

CATALOGVS

dicamenta obstruentia & adstringētia recepisse, ut tragachantum, mastiché, & alia. Ceterum pro lapide lyn-

cis, Syriacus siue Iudaicus (si ad manū sit) & què supponitur, Galeni imitatione, qui libro. 10. de compositione phar. per locos cap. 1. vbi de nephriticis agit, nullius præterquam Syriaci lapidis mentionem fecit. Cronem burgius libro. 1. de compositione med. in enarratione antidotilithō tripon, corticem populi albæ accipiē dum suadet, quod vrinæ stillicidio prodesse dixerit Dioscorides. Hispa. Especie de ambar quajado.

Lapis iudaicus.

Pro lapide lyncis Cortex pop. albæ
Succinum.

De litera. M.

¶ M A R V M

MAruti si Plinio credimus cap. 24. lib. 22. herba est inuenta rara, & Italiæ peregrina. Quā inter

inter ea duntaxat odoramentorum genera, quæ ab externis regionibus cōuehebantur collocauit. Loco marri syimbrium accipient theriacæ cōfectores, Dioscoridis testimonio ca. de Maro sic scribentis : Vim habet marum syimbrio consimilem. Amaracum quoq; idest maioranam substitui posse, Galenus insinuauit lib. i. de antidotis quum ait quòd vnguentum illud in quo amaracum pro maro admisceri ius sit, etsi minus quidē odoratum inueniretur, non tamē viribus inefficacius erat, Hispæ. Maro.

Pro maro. Syimbrium.

Amaracus.

MYRRHA.

Quæ nunc in officinis habetur myrra, aut adulterio non va- cat, aut è deterioribus est. qđ inter cæteras notas improbas, grauissimus odor arguit, cum suauissimū alioqui officinarū myrra, nō est legitima aut omniū specierum est deterrima,

CATALOGVS.

alioqui obtinere debeat. Erit itaque fortasse vulgaris myrrha, Caucalis aut Ergasima. Omnia primam trogloditicam esse statuit Dioscorides: cuius loco calamus odoratum supposuit Paulus lib. 7. quo praesens ætas destituitur. *Diosc. lib. 3. cap. de smyrnio*, semē smyrnij pro myrrha ponit cum ait: Semē smyrnij, Myrrhę sapore, ita ut alterum alterius loco cedat. *Constantinus* amigdalas amaras pari pondere supposuit. At licebit pharmacopolis (si velint) selectiore myrrham ex ijs quæ nunc veneunt myrrhæ generibus recipere pro usu medicamentorum, ut nostræ ætatis doctissimis medicis visum est. *Hispani.*

Myrra.

ΛΗΓΑΥΜ

Myrrha vulgaris.

Pro myrrha.

Smyrnij semen.

trogloditica.

Amigdalæ amareæ.

Calamus odoratus.

M V M I A.

Ara/

ARABES duas mumiæ species faciunt vnam quæ verū est Dioscordis pissalphatum. alterā quæ vera est mumia ex myrrha, aloë, croco, & humiditate quæ ex cadaueribus humanis resudat confecta: ex qua in Asia diuitum tantum corpora conduntur. Hæc ad nos hodie nō affertur: sed pauperum tantum cada uera cum asphalto & pice condita. Ideo falluntur qui quū legitima mumiæ opus est, in puluere contra casū Mæsuæi, & in emplastro contra rupturam, Guidonis arefactam istiusmodi cadaverum carnem assumunt carnes & ossa contundentes, eaquè medicamentis admiscētes. Superest nobis loco mumiæ uti pissalphato, id est pice & bitumiñe commixtis: si quidem ipse Auicen. proprio de mumiæ cap. inquit: mumiæ est in virtute picis & alphalti commixtorum. Quod si pro asphalto ex Galeni & Pauli scriptis, pix sicca solet reponi,

Mumiæ
duo gene-
ra apud A-
rabes scri-
ptores.

ipsa

CATALOGVS

ipsa per se pix, pissalphalto deficien-
te, pro mumia subijcietur. *Hispanice.*
Carne momia.

Pro mumia. Pissalphatum.
Pixarida.

M A N D R A G O R A.

EX folijs mandragoræ inter alia
vnguentum populeum Nicolai
concinnatur nostro tempore.
sed quia mandragoræ folia vbiique
haberi nō possunt, Dorycnium, her-
ba maritima quando ad manum sit
supponetur Galeno autore libro.6.
simpl.med.de dorycnio sic scriben-
ti:Dorycnium temperamento papa-
ueri simile est & mādragorę, ac quæ
cunq; parem refrigerandi po-
tentiam.Ex quibus Galeni verbis cli-
cimus, folia hyoscyami pro folijs mā-
dragoræ similiter sumi posse:quoniā
æquali,hoc est tertio ordine refrige-
rant ambo,vt sigillatim docuit Gale-
nus

nus lib. simpl. 7. de mandragora : &
8. de hyosciamo. Pro fructu vel po-
mis mandragoræ, corticem radicis
substituit Actius lib. 7. cap. 108. de
collyrijs ex rosis sic dicens: Et in hæc "
rosas, melilotum, hyosciami semen, "
& mandragoræ mala, aut si hæc non "
ad sint, corticem injcito, & ad triduū "
macerari finito. Pro succo autem po-
morum mandragoræ, succum hyos-
ciami & papaveri subijci posse, Gale-
nus autor est lib. 1. dc compositione
medic. per genera cap. 4. in empla-
stro diachalciteos , adhuc modum
scribens. At mandragoræ pomorum ,
virentium succus recēs adiectus, ma ,
gis aptum medicamentum efficit: ,
quem si tempus non admittat, illius ,
quæ à Creta, vel alio quodam loco ,
aduertitur , miscere non dubitabis, ,
quin & hyosciami succum tempera ,
re ei consueuimus: interium meco- ,
nium, sic autem succus papaveris ap ,
pellatur *Hispanice*, mandragula,

Pro

CATALOGUS.

Pro folijs mandragoræ. Dorycnium
Hyosciami folia.

Pro mandragoræ pomis. Cortex eiusdem.

Pro succo pomorum ad. Succus hyosciami.
Meconium.

MOLIBDAE N.A.

Molybdæ-
na duplex
est natua
et factitia.

Molybdæna (quæ latinis plum-
bago est) in nativam & facti-
tiam partitur. Natiua, ea pla-
ne est vena, quæ argentum simul &
plumbum continet. Factitia verò in
fornacibus procreatur, in quibus au-
rum & argentum eliquantur. Nam
cum fodinæ non tantum in se plum-
bi continent, quantum eis percolan-
dis sufficiat, ubi eis plumbum adiici-
tur, in ipsius fornacis fundo, postquā
ex eo fluxere metalla, plumbum cal-
cinatum, concretum, & deustum re-
peritur simile lithargiro, quod Moli-
bdæna vocatur. Hæc & lithargrium
inuicem substituuntur ex Galc. lib. 9
simplicium medicamentor. ubi ait.
Molyb-

Molybdæna similem lithargirio vim
possidet. *Hispanice.* Vena de plomo,
y plata.

Pro molybdena. Lithargirium.

M E L A T T I C V M.

Galenus lib. i. de antidotis in an-
dromachi theriaca, & libro. 9.
de compositione pharmacorū
localium in antidoto Philonis Tar-
ensis, Atticum mel, hoc est Atthe-
niis collectum elegit. Sed quoniam
vix est qui mel illius regionis cognō-
uerit, eius inopia diligendum sit pa-
nicum, quod sic colore pallidum aut
flavum, purissimumq; cum reliquis
notis quas ei tribuit Diotcorides lib.
2. & Galenus. 7. de methodo meden-
di. Vnde hallucinatus est Cronem Cronēbur
gus nota
tur
burgius in suo de compositione me-
dicamen. lib. vbi cypheos composi-
tionem expendit. Nam in vniuersū
docet mel albissimum & dutum Hi-
spaniæ

CATALOGVS.

spaniæ, Lusitaniæq; (del Alcarria hodie vocatur) Attici loco reponendū. Quanuis enim Nicolaus mel albissimum probauerit in confectione the domellis, id non fuit illi præter rationem qui medicamentum temperatus reddere voluit: ut poterat sanis etiā propinādum. Quòd autem sanis potius mel album aut pallidū congruat Flauum verò medicamentis compонendis, magis inseruiat, luculéter ad modum monstrauit Christophorus à Vega magister noster in arte medicina christophorus dica nunquam pœnitendus, lib. quē nuper ædidiit de arte medēdi. 2. cap. de melle. *Hispanicæ*. miel de Atenas. Pro melle attico. Mel hispanū fuluū.

QM A C E R E T M A C I S.

Ræcorum macerem, & macis Garabuin inter se distare, et uidelicet tissimis rationibus probavit Matthiolus, tam ex Græcorum quam ex arabum

Arabum scriptis. Maci hoc tempore
 abundant officinæ nostræ. Qualis au^{Galenus.}
 tem sit macer, vel Plinius incomper^{per locos,}
 tum habuit lib. 12. cap. 8. Quate tur.^{Macerem esse dixit.}
 piter errant pharmacopæi maci protomaticū,
 mactte vtentes in medicamentis cō^{ex India latum.}
 ponendis, inducti falso monachorū Monacho
 metuæi dogmate, qui macim à mace^{fum in Me-}
 re distinguere noti potuerunt. Con^{sueci scri-}
 ueniet igitur in cōpositionibus græ^{ror.}
 corū pro macere myrtum substitue-
 re de quo eadem scribit Galenus li-
 bro 8. simpli. med. quæ libro 7. de
 macere docuerat: ut conferenti capi-
 ta cōstauit. At pro mace arabum nū
 cem muscatā accipiemus, cuius est
 operimentum: ut ex acto iudicio sen-
 sit Ioānes Placotomus in pharmaco-^{Macis cor-}
 pæa. Hispanice. Macias.^{tex sive o-}
^{perimentū}
^{est nucis}
^{muscatæ.}

Pro macere. Myrtus.
 Pro mace. Nux muscata.

CATALOGVS.

EX succo maturi fructus mori arboris, quam morum celsi officinę appellant, medicamentum paratur dyamoron dictum, præter alia multa quę stomaticha vocavit Gal. Sed quòd pro mororum succo, rubimora substituantur, vel ipse Galenus non diffitetur lib. 6. cap. i. de compositione pharmacorum secundum locos. Nam postquam declarauit, propriè quidem stomaticha dici, quæ ad vux tonsillas, ac omnes quæ in ore fiunt de repente inflammationes conueniūt: stomaticum deinde ex moris parare volens, sic scribit: Cæterū pro mororum succo, coniicitur etiā mororum rubi succus. Similiter Paulus lib. 7. cap. 4. ubi enarrauerat Dyamoron simplex & compositū, quod ex moris, inquit, batinis constat, eodem modo præparatur, maiori vide licet ut adstrictoria prædictum. Hispa. cum de moras.

Pro mororū succo. Rubi mororū suc. medulla

¶ MEDULLA CERVINA.

Ex medicamentis cōpositis medullas hoc tempore recipientibus, vnum est Isopi cerotum descriptione philagrij mesuēi. Dioscorides primam laudē ceruinæ dēserit, inoxvitulinæ, post hanc taurinæ, deinde caprinæ & ouillæ. A quo nō dissentit Galenus lib. ii. simpl. med. optimām semper expertus ceruinam. In cuius defectu vitulinam substituit lib. 4. de compositione medicam. secundum genera, cap. 5. sic scribens: Verū multo utilius medulla ceruina induratis ulcerum oris adhibetur, quæ si non ad sit vitulina: sin utraq; desideratur, humida quædam & non acris resina Hispanice. Tuetano de cierto, et Pro medulla ceruina. Medulla vitulin.

¶ M E V M.

Rarum fuisse in Italia Mēum suo tempore Plinius testatur, adeò ut medici ferre cogerentur.

C A T A L O G U S.

Valerius
Cordus
refellitur.

Autor suc-
cedanæo-
tū taxatur.

Vnde fortasse errandi occasionem
sumpsit Valerius Cordus cum theria
cam expendit, qui ait nos vco care-
re mco, & pro eo vtendum Seseli,
aut Sisono medicamētis non admo-
dum cognitis. Autor ille de substitu-
tis medicinis Galeno adscriptus, mei
loco myrobalanum (quam etiā nu-
cem vnguentariam & ben vocant)
supposuit. Sed quæ de hac dicuntur
à Galeno lib. 6. simp inedica. nō ma-
gis conueniunt cum mei facultati-
bus quam cācer cum anguilla. Quā
obrem pro mei radicibus, Dauci radi-
ces (quibus officinę Toletanę abun-
dant) subijciētur. Nam quæ de meo
à Galeno dicuntur lib. 7. simplicium
medi. similiter lib. 6. de Dauci radici-
bus ab eodem pr̄dicantur, vt con-
ferenti patebit. Hispanice. Pinillo.

Pro Meo. Dauci radix.

Malico

MALICORIVM.

Ortex siue putamen mali punici, malicorium dicitur, quoniam coria maxime illo ab antiquis tingebantur. Cæterum quod huiusmodi cortex valde parabilis res sit, habeatq; efficacissimam adstringendi vim: in medicamentis non paruum usum præbet. Oportet tamen cortices mali punici detrahere, Galen. teste. 6. per locos cap. i. iuxta id tempus quo punica nondum perfecte matura sunt, non tamen longe à perfectione absunt. Corticis siue putaminis aut malicorij inopia, cytinus substituitur à Gal. li. 8. simplic. med. his verbis de malo granato scribente: Porro succi ipsius acini, tum adstringentiores, rū exiccātores sunt, his etiam magis putamina, vocantur autem sidia. Adsimilem illis vim habent cytini: sic enim eorum appellā

58 CATALOGUS
tur flores. Hispanice. Corteza de Gra-
nada. MATERICARIA

Pro malcorio. Cytinus.

MATRICARIA

Veterum parthenium, officina-
rum est matricaria, quam sedu-
lo requirunt nostri pharmaco-
poli pro Syrupo de Artemisia Mat-
thae de gradibus concinnando. Cate-
rū quāvis Brassauolus & Fuchsius de-
dipiatur cōtendentes, eam omniol
plantam verum referre parthenium.
quam herbatorum vulgus. cotulam
foetidam appellat: pro eo tamen sub-
sticui posse quoniamini dubium est; ut
Andreas Lacuna Secobiensis in suis
ad Diocoridem commentarijs Hi-
spanicis exarant. Hac vulgo Gamar
cavocamus scitq; tā similis camæne-
us, vt frequenter ab imperitis pro-
ita capiatur. Prouenit inter hergetes,
& iuxta annos Parthenii vero seu
matriaria

matricaria, non nisi in hortis & infi-
ctilibus sata puenit. Hispanice. Yer-
ua de santa maria.

Pro matricaria. Cotula fœtida.

MELILO T V M.

Vulgaris usus plantam (quam co-
ronā regiam vulgus appellat)
Arabum esse melilotum, Scra-
pio demonstrauit cap. 18. simplicium
fuerum. Sunt tamen qui veram græ
corum melilotum, eam esse herbam
existiment, quæ à nostris trebololo-
roso nuncupatur: cùm nulla alia loti
aut trifolij species sit, & boni odoris
& ex qua coronæ aut Sertulæ factita
ri possint, vt Dioscorides, & reliqui
testantur autores. Veruntamen in
meliloti defectu, crocus substituetur
ex Galeni sentētia lib. 7. simp. med.
qui Meliloti & croci caldē omnino
facultates suis capitibus recenset.
Clarius tamen lib. 5. cap. 1. de compo-

CATALOGUS

sitione pharmacorum localium his
„ verbis scriptum reliquit: dictū etiam
„ antea à me est quod ex discussorijs
„ medicamentis in principio præstan-
„ tiora sunt quæ modicam adstringen-
„ di vim cōpleteuntur, qualia sunt ro-
„ lx, & melilotū & crocus. *Hispanice.*
„ coronilla de rey. alijs trèbol.
„ *Pro Meliloto, Crocus.*

MISY.

Misy minerale est Galeni testi-
monio quod à se sp̄oste ter-
ræ vilceribus innascitur, & in
metallo aut fodinis ærarijs ita super
chalcitum nascitur, vt ærugo super
æs. Misyo inopiam supplet chalci-
tis ea de causa vt inquit Galenus li-
bro. 9. simplic. med. his verbis: Itaq;
„ mirum non est tria hæc medicamen-
„ ta eiudé genere facultatis esse, sory
dico, chalcitum, & misy, tenuitate &
crassitudine partium inter se diuersa.

Dios-

Dioscorides præter hæc libro. 5. Melanteriam supponit (Aziche nostri Aziche. vocant) sic de eadem scribens: vim causticam eam obtinet, quam & Misy Hispanice genero de caparosa.

Pro Misy, Chalcitis.

Melanteria.

MANA.

ARABES autores res & nomina sæpe confundentes, vni & eidē rei varias voces accommodarsit.

In Diacartamo vulgari, mana grana-
ta seligitur in confectione hamecte-
reniabim. In cōfectione hieræ cost
discretione irani alsiracostum. quæ
sanè nomina pro eodem usurpantur
ut apparet in Auicenna. 2. can. tract.
2. cap. 493. Tametsi ipse, & alij de A-
rabum familia, diuersis capitibus de
mana & de terc iabim prodiderint.

Verum si aliquam differentiam po-
namus, nō alia erit quam quod una-

lique

CATALOGVS

liquescens mellisimilis, alia in gru-
mos concreta & granulosa videatur
qualis nostra mana conspicitur. mā
næ duo genera ostenduntur hodie:
peregrina, quorum alterum ab oriē-
tali plaga Alexandria Aegipti: alterū
ex Italię calabria defertur. Calabriē
sis pluris fit nunc, quæ multis annis
integra persistit, non vno tantum si-
cuti orientalis, de qua forte intelligit
mesuæus cum dixit per annum serua-
ri. Huius penuria multis videtur ma-
nam Hispanicam supponi posse: si ta-
men ei legitimæ responderint pro-
christopho prietates. Inter quos unus est Chri-
stophorus à Vega magister noster in
Complutensi schola quondam meri-
tissimus, cui multum debet ars medi-
ca, debentq; medici bonarum litera-
rum professores ob singularem eius
præstantiam. Ait igitur lib. suo dc ar-
te medendi. 2. cap. de melle, se vidisi-
se & experimento agnouisse Com-
pluti anno 1532. & duobus sequenti-
bus

bus in salicibus iuxta Fenarium flu-
uium illius oppidi sitis, magnam apū
vel culicū paruorum congeriem, ex Mana non
quorū corpusculis mana resudabat ex cęlo sed
in modum roris (nihil ex cęlo aut ex apibus
acerē cadente) quę postea collecta co- prouenire
dē teste, & per os assumpta pulcher sunt qui as-
rimē aluum deiiciebat. Cæterum, an ferantur.
persuaderi quoquā pacto possit con-
tra Tēphraustum, Galenum, Vergi-
lium, & omnes recentiores autores
manam non vi aeris sed ex animali
in modum mellis apū prodire, alijs
discutiēdum relinquo, neq; enim est
præsentis loci. matthæus Curtius pa-
piensis mel pro manā substituebat,
quod non multum virtute differrēt
quia utrūq; aluum mouet, mel mi-
nus, mana magis.

Pro manā cala- v. *Manā hispanica* c-
bria. lecta: adq; ni. et
Pro manā pni zilsi. Mel. datur ian: h: il: hi:
-ofio eti: eti: eti: eti: eti: eti: eti: eti: eti:
.aut

De litera. N.

¶ NITRVM.

Nitrū vul-
gare à ni-
tro antiquo
rum longè
distat.

SA! nitrum officinarum qui exter-
ra conficitur ad tormenta belli-
ca, Nitrum nō est cuius apud ve-
teres amplissimus fuit in medicamē-
tis usus. Quare licet suis quibusdam
partibus Nitro sit similis, perperam
faciūt se plastiarij qui illud in medica-
mentis veri Nitri succedaneum fa-
ciunt. Plinius lib. 14. cap. 20. fecem vi-
ni loco Nitri non male supposuit di-
cens: Et sex vini siccata recipit ignes,
ac sine alimento per se flagrat. Cinis
eius nitri naturam habet, easdemq;
habet vires. At Galenus libro. 7. de
compositione phar. secundum gene-
ra salem subtituisse videtur, cū cap.
12. in pharmaco Domitij Nigrini ait
sic: Nitri rubri, vel salis inquinati. Est
autē tal inquinatus, sal ex terra effo-
sus.

Sal Inqui-
natus quid

Ius. Cui consentit Dioscorides lib. 5.

& Auicen. 2. can. capitibus de sale.

Hispanice. Salitre.

Pro nitro. Fex vini siccata.

Sal fossilis.

NVX MUSCATA.

Antiquis ignorantibus nucem mulchatam, notius est quā ut aliqua probatione egeat, quanuis Ianus Cornarius lib. 8. capi. 3. de compositione medica. localium, myrobalanum græcorum esse censeat: quæ chrysebalanos in eo loco à Galeno appellatur. Inter recētiōtes græcos Actius nucem aromaticam vocavit. Pro nuce muscata substituit Avena. 2. canonē cap. 506. spicā nardi scribens: Loco eius ponitur spicæ æquale pondus, *Hispanice.* Nuez moscada.

Pro nuce muschata. Spica nardi.

Nastur

Q N A S T V R T I I

semen.

NAsturtium hortis familiaris & frequens herba est, cuius semē usurpatur in dia satyrio mesuæi ad venerem stimulandam: quāuis Pli nius lib. 20. cap. 13. venerem inhibere scribat, in hoc sicut in alijs multis deceptus. Dioscorides lib. 2. nasturtij folia pro semine substituit, in hūc modum de nasturtio scribens: Herbe ad omnia cadem effectus, licet mi nor. Galenus vero lib. 7. simp. med. de nasturtio sic ait: Porro & herba a refacta similem semini vim possidet.

Hispanice. Simiente de mastuerço.

Pro nasturtij semine. Folia siccata.

De litera. O.

O P O B A L S A M V M.

Rarissimum semper fuisse opobalsami prouentum, veteres omnes testantur aurores: Quod non paruum est argumentum, nos verū balsami succū nec habere, nec habere posse. Quidam in veri opobalsami penuria (saltem in recentiorum compositionibus) balsamum factitium siue oleum de balsamo vocatum usurpant. Cuius conficiendi ratio habetur à Petro Appono in additionibus mesuæi. Alijs non penitus abs re placuit, balsamum ex Indijs occidentalibus allatum substituere. Est hic liquor odoratissimus, liquido styraci admodum similis, quem verā esse stactem suspicamur. Cæterum theriacæ confectores stactem myrræ ex Panli, & Galenici auto-

Stacte gd.
ris

CATALOGVS.

ris succedaneis injiciunt. Est autem
sta^te (Dioscoride teste lib. i.) pingui-
tudo recentis myrrhæ , cum exigua
aqua tufæ. Sed cū myrrhæ legitimæ
a recentis inopia, stactes itidem pe-
nuriat pariat, è selectissima tamen
myrrha fieri posse stactem , minime
inficiamur. *Hispanice.* Opobalsamo.

Oleū balsami artifi.
Pro opobalsamo { Balsamū Indiæ.
Stacte myrrhæ.

OCIMVM CITRATVM

Ocimi tria-
gna, quæ
à Serapio-
ne gario-
phyllum
non gario
& citratū
dicuntur.

OCIMU^m frequēter seritur vbiq;
æstiuali tēpore, itaq; omnibus
notissimum est. Verūm inter
ocimi genera, vnum est folijs maius
culis, latis, lōgis, ac crassis, citreæ ma-
lo similibus, à quorum effigie ipsum
vocatūt Arabes Ocimum citratum,
quomodo ipsum mesuæus nomina-
uit in Diamotcho dulci. Ocimi seimē
in roborando corde, celebre apud
Arabes

Arabes hahitum est, ut appareat in cō
fessione Diarrhodæn descriptione
communi, & in electatio de gemmis
mesuæi sub nomine Alfeleciemic. Cæ
terum cum excrementitiam humidi
tatem habeat ocimū, proindeq; nec
cōmodum sit, ut in corpus sumatur,
ut inquit Gal. lib. 8. simp. med. & Aui
cenna lib. de viribus cordis, consen-
taneum est ut in medicamentis per
os sumendis, ocimi loco apiastrum
(quod melisam dicunt) subijciatur;
In reliquis verò exterius admouēdis
syimbrium idest balsamita, iuxta Pau-
li & illius autoris de substitutis decte-
ta. Hispanice. Albahaca, aliquibus ro-
rongil.

Pro ocimo. Sisymbrium. Apiastrum.

OLEVM I VÆ T V s.

V Eteris olei, multiplex so-
let esse usus in medicamen-
tis componendis. Cuius ino-
mia,

M pia,

q8 CATALOGVS

pia duplum feruefactum supponunt
nonnulli: Alij simpliciter decoctum
vt capite de oleo inquit Serapio sic
scribens: Etsi non habeas oleum ve-
tus & indiges eo, coque ipsum donec
fiat sicut mel & vtere: quia virtus eius
est sicut virtus veteris. Galenus vero
lib. 2. de composi. med. secundum ge-
nera cap. 12. & lib. 6. simplici. medi.
cap. de oleo, oleum cicinum substi-

Hoc oleū
hodie fit
sub nomi-
ne olei de
cherua seu
catapucia
maioris a-
zabum.

tuit dicens: Si oleū cicinum habeas
pro veteri usurpato. At contra vetus
oleum pro cicino poniposse, Galen.
aperite monstrauit, lib. 2. de compo.
phar. per locos cap. de dolore capi-
tis ex frigore, & lib. 6. de cōpositio-
ne per genera cap. 8 Hispanice. Azcy
te añjo.

Pro oleo veteri. Oleum cicinum.

Oleum feruefactū.

QOPIVM.

OPiū ab omnib⁹ laudatur, quod
ex lacte papaveris sylvestris ca-
pitum fit, non ex succo foliorū
cius,

cius, veluti hodie multi compendij
causa facere solēt. Officinae vno ore
opium Thebaicum commendant.
Sed quod ad nos hodie conuicitur
non est legitimum & verum ex inci-
sione capitum papaveris conflatum
sed potius è foliorum & capitum cō-
tritorum succo cōcretum, quod me-
conium vocant, opio longè deterius
& ignauius, veluti post Dioscoridem
Plinius quoq; scriptum reliquit. lib.
20. cap. 18. Dioscorides lib. 4. hype-
coum herbam cognitam, rutæ sylue-
uestri similimam, pro opio supponit
dicens: Hypocco natura eadem quæ
papaveris succo. Galenus similiter li-
bro. 8. simp. med. Hypecoum in ter-
tio ordine refrigerare dixit, ita ut pa-
rum absit à papavere. Hispan. Opio.

Pro opio. Meconium.

Hypocco.

ORIGANVM.

CATALOGVS.

Officinae nostrae vnam tantum speciem origani norunt, quæ sine cultura passim in montibus luxuriat: haucq; præ reliquis diligendam censem, ut pote reliquis ve hementiorem. Galenus lib.6, de cō positione phar.localium, cap.de me dijs pharmacis, alias plures herbas p origano substituit, ad hunc modum dicens: Nihil autē refert etiam si hyssopum conijcias pro origano, aut pulegium, aut thymum, aut thymbram aut calamintham odoratam quā venteres hediosmon appellant.

Pro origano. { Thymum.
 Pulegium.
 Calamintha.

OLEVM MVSCELLINVM.

MAgna est olei Muscelini con trouersia circa vnguentum Aragon Nicolai, & confectio nem litontrion, quibus medicamē tis

tis admiscetur. Quidam falsò hoc oleum Galeno referunt, cum verius paucis mutatis Actio Mydono sit referenda, sermone. 4. Tetrabibli. 4. cap. 113. vbi recenset præparationes vnguentorū moschatorum. Veram huius olei descriptionem quæreret myropolæ apud Nicolaum Alexandrinum cap. 712. & apud Arnaldum Villanouanum in antidotario oleorum. Cæterum quoniam id genus oleis sumptuosum nimis est & paratu difficile, ipsius penuria consentaneū censemus cum Cronemburgio Rutaceum aut laurinum subiçere: nec minus erit efficax & parabilius. Hispanice. Azeyte de almizcle. Pro oleo muscellino. Rutaceum.

Laurinum.

OMPHACIVM.

Omphacium, succus est acerbæ vuæ nondum maturæscens, qui nunc officinis agresta vocatur,

M 3 tur,

CATALOGVS.

tur quo nomine syrupo parauit Me
sus in antidotario . Galenus libro
6, de cōpositione pharm , per locos
cap. de medijs pharmacis, succū rho
is pro omphacio supponit his verbis:

„ Quod si non sit omphacium, pro ip-
so rhois succū injice. Haud dubiē etiā

fructus plantæ spinosæ (quam herba
Vuæ crispa rī vuam crispat vocant) idem fe-
Hispanis a-
grazenes.

re quod omphacium temperamen-
tum obtinet, refrigerat enim & ad-
stringit sua acerbitate: ut hinc collige
re liccat ciudē cum omphacio esse
facultatis, proindeq; substitui posse.

Hispanice Agraz.

Pro omphacia. { Rhois succus
Vuæ crispa a-
cinorū succus

¶ CROPANAX.

Xheracleo tantum sive Hercu-
Eleopanax, manat opopanax: li-
cet melius alterius videatur
fuisse

fuisse sententiæ cap. proprio simpli.
poterat tamen veritatem, si non ex
Græcis, saltem ex suo serapione edis-<sup>Mesuæ la
psus.</sup>
cere & Auice. qui Heraclium pana-
cem, è quo fit opopanax, melius quā
ille videntur agnouisse. Galenus li-
bro. 2. de arte curatiua ad glauconē
in curatione scirrhi, pro opopanace,
Hammoniacū, vel galbanum, vel sa-
gapenum, vel bdellium supponit,
quòd simul hæc emollientis & dige-
rentis sint facultatis. Auicenna verò
2. cano. cap. 531. ammoniacum his ver-
bis substituit: et estimo, quòd ammo-
niacum est ei propinquum *Hispan-*
ce. opoponaco.

Ammoniacum
Pro opopanace. { *Galbanum*
Sagapenum

OLEVM OMPHACINVM.

Omphacinum oleum, immatu-
rū quoq; dicitur, Græcis omo-
tribes, id est crudum ex imma-

se CATALOGVS

turis & acerbis oliuis expressum, ut
inquit Galenus. 2. & 3. libro de com-
positione pharm. per locos. Ex hoc
fit rosaceum, cuius est usus ad capi-
tis vulnera cum caluariæ & membra-
natum læsione. Cæterum omphani-
ci defectu, aliud oleæ surculis para-
rum, aut Hispanicum substituit Ga-
lenus libro. 6. simplicium medicamē-
torum dicens: Quia metiam quicunq;
in præparando ramos injiciunt, ij &
ipſi omphacino simile oleum effici-
unt. Cæterum rogādum nō est. quo
pacto sit præparatum sed gustādum
est potius: ac si præferat ad strictionis
quippiam, eatenus etiam frigidum
esse existimandum, ceu illud quod
ab Iberia portatur, quod Hispānicū
nominant. Verum tamē quis clarius
velit intelligere, oleum Hispanicum
omphacino similes vires habere, Ga-
lenum legat libro. 1. de cōpositiōne
medicamentorum per locos cap. 1.
& libro. 2. de compositione per ge-
nera

nera cap. 13. Hispanicè Azete de oli-
uas por madurar.

Pro Oleo omphaci } Oleū exsurculis
no. } oleæ paratum.
Oleū Hispanicū

Q O C V L V S P O P V L I.

FIt hoctepore in officinis vnguen-
tum populeum Nicolai, ab ocu-
lis populi quos recipit nomen
assumens. Plinius libro. 17. cap. 21. de-
clarat oculos in arborum surculis p-
prie vocari vnde germinant. Gale-
nus similiter libro. 9. simplici. cap. de
terra samia, partem illā vnde germen
exit, oculum nominari scribit. Et li-
bro 4. de sanitate tuenda medicamē-
tum præparat ex populi floribus ad-
huc connuentibus, per flores intelli-
gēs, quod Dioscorides pilulas nomi-
nat, alij autem oculos. Vtraq; enim
Populus tam alba quam nigra ne flo-
rem quidem habere existimatur, vt

Oculi in
arboribus
quid.

docuit

CATALOGVS

docuit Teophaſtus libro. 3. de histo-
ria plantarum cap. 14. Pro oculis po-
puli folia ipsius arboris substituuntur
Galenō autore libro 6. simplici med.
cap. de ægyro, hoc est populo nigra
,, sic ſcribente: Et folia quoque ipsius
,, quodāmodo floribus similia ſunt niſi
,, quod ad omnia imbecilliora minus
,, q; efficacia. Hispanice. chopos.

Pro oculis populi, Folia ciudem.

De litera P.

POMPHOLYX.

Pompholyx tutia ſerapioni & A-
uicennæ dicitur. Quæ hodiæ in
multis officinis habetur, legiti-
ma non eſt ex æris tauilla & farinæ
modo concreta, ſed cadmiæ potius
species: quanuis iam nostri myropo-
læ deferre incipient ab ærarijs argē-
tatijsq; fornacibus legitimam pom-
pholygem. Hactamen deficiente,
cadmia

cadmia suppletur iuxta ea quæ à Galeno scribuntur libro. 9. simpli. med. capitibus de pōpholyge & cadmia. Accedit Dioscoridis testimonium libro. 5. cap. de cadmia dicentis : Hac “ spodij vice vtuntur. Spodium enim “ parū aut nihil à pompholige distat. ” Quòd autem cadmia maximè sit a finis pompholygi, argumentum est quòd super ignē proiecta contrahit colorem rufum. Quid signum ad veram pompholygem explorādam in uenit Actius sermone. 3. terrabiblio. 2. cap. 10. Hispanice. atutia. Veræ pompholygis ad ignem exploratio.

Pro pompholyge, cadmia.

¶ P R O P O L I S.

Propolis medicamentum est micro naturæ artificio ab apibus cōflatum quemadmodum cera & mel. Est autem Dioscoride teste, & ut inquit Marcus varro libro. 3. de rustica, cerosa materia quæ in aliuearijs

CATALOGVS.

rijs, præ spiraculis reperitur, vbi intrā
di ex eundiq; apibus patet aditus.
Paulus libro.7.in succedancis, lauda
num ponit in propoleos penuria.
Aetius libro.12.cap.42. terebinthinā
& picem brutiā his verbis substituit.
“ Si verò propolis tenera non sit, ad-
“ miscebis terebinthinæ trientē: quod
“ si neq; in totum propolis haberi pos-
“ sit, coniuncto picis brutiæ sexuncem,
“ Galenus libro.7.cap.3.de composi-
tione medica. per genera, ammonia
cum supponit dicens: porrò inter tā
“ mollia & validissima, quod genus sūt
“ bdellium, & styrax, gutta ammoniaci
idem potest quod & propolis His-
panice. Betun de colmena.

Ammoniacum.

Pro propoli, { Terebinthina,
{ Pix brutia.
Ladamum.

PETROSELINUM.

Vulgare

Vulgare petroselinum quod nobis pro condimentis vnu venit, non est de quo veteres præster tim loquuntur in suis compositionibus, sed illud in Macedonia natum, quo nunc ferè destituimur. Gal.lib. 8.simpli.medic. tam olusatro quam apio hortensi, & petroselino similē vim tribuit. Hinc non temere petroselinum vulgare pro vero substitueretur, vt liquido monstrauit Gal. libro de theriaca ad pamphilianum cum ait valere theriacam ad calculos cū decocto potroselini aut apij. subijci etiam potest cimini semen vice petroselini ex Galeni mente. 7.simpli. libro de cimino sic scribentis. Cimini semine maximè utimur, quemadmodū anisi, lugustici, cari, petroselini. Et verò & facultatis excalfaciētis ex tertio ordine sicut illorum vnū quodq;. *Hispanic.* Petroselino, y apio de piedras.

C A T A L O G U S

Apij hortēsissemēn.

Pro petroselino. Olusatri semen.

Cymini semen.

P E P L O S.

HAnc plantam Hippocrates in-
terim papauer album, interim
spumeum, aliquādo Miconiō,
interdū chamesiccm nominat: quē-
admodum Galenus in lib. antiqua-
rum dictionum Hippocratis inquit.

Herbarijs rotūda esula vocatur, quo
niā lacteo succo, vt illa turgeat, atq;
aluum similiter purget. Verum cùm
peplus apud quosdam non nascatur,
tamen eius loco peplis ponetur ex

Dioscori. lib. 4. cap. de pepli, vbi ait:

“ Colligi & reponi ac dari vti peplos,

“ & sale condiri solet. Easdem habet vi-

Peplis her̄ res. Ceterum est peplis planta hodie
bædelinca notissima potissimum in maritimis
tio.

“ proueniēs, portulacæ similis per ter-
rain sparsa, quæ vnica candida radi-
ce firmatur. Hispanice. Peplo. pro

Pro peplo. Peplis.

PEV C E D A N V M.

Peucedani radix usum praebet in medicamentis, ut lithon tripon magnum Nicolai Alexandrini monstrauit. Succum præcipue com medat Dioscorides, deinde radices. Officinæ verò, magis probant radices aridas, lignosas odore iucundo, vocantq; cū vulgo Eruatu. Si igitur peucedani succi copia non adsit, tan tum siccæ radicis, & dimidium sagapeni coniiciendum monet Actius lib. 12. cap. 47. his verbis: Succi peu cedani drach. xvij. qui si nō adsit, cō ijciendæ sagapenij drach. viij. & radi cis peucedani ecce ntis siccæ drach. ” xvij. Galenus etiam lib. 8. simp. medi. ” Peucedani, inquit, radice maximè ” sed tamen etiā succo & liquore vti mur. Sunt tamen omnia hæc ciusdē ” specie facultatis: sed valentior succus ” Hispanice. Heruatu. ”

pro

CATALOGVS.
Proprecedani succo. Radix cum saga
peni dimidio.

PIPER.

Tria piperis genera in antidoto
diatration pipereon paſsim vſur-
pantur. Piper album vtpote
acrius, reliquis anteposuit Galenus
lib. 8. simplici. med. contra quā Dios-
co. qui vim feruētiorem nigro dedit.
Cæterum quòd vniuersa piperū ge-
nera eisdem viribus polleant, Gale-
nus lib. 4. de sanitate triienda, luculē
termōstrauit de pipere: longo ſic ſcri-
bens: Quòd ſi huius facultas non eſt,
vtique albo vtendum, quippe quod
supra duo reliqua ger- ra ventrē ro-
borat. Sin hoc non adest optimum
nigrum petendum eſt id vero fuerit
quod pondere præcellit. Aetius ta-
men li. 12. cap. 91, de simplicibus quæ
in theriacam coniiciuntur, ſic ait: Pi-
peris albi drac. vi. aut nigri loco eius
drach

drach nouem. In omnimodo vero pi-
peris defecta, gingiber supponit Dio-
niso. cap. de gingibere ad finem his
verbis scribens: In summa piperis vi-
ribus, respondet gingiber. Hispanice.
Pimienta.

Pro pipere lōgo. Piper album.

Pro pipere albo. Piper nigrū optimū.

Pro pipere. Gingiber.

POLYGONVM.

Polygonum, siue sanguinaria, of-
ficiinis corrigida palsim vocatur.
in marem & fœminam ab autori-
bus partitur, Mas vulgo sauzejo ap-
pellatur cuius in opiam farcit fœmi-
na ex Dioscoride sic scribenti: Fœmi,,
næ quoctandi, refrigeradiq; na,,
tura, ad c valēs sed inefficacior,,
Galenus n in omnimodo poly-
goni detect potamogetonem her-
bam substitit et lib. 8. simpli. medi. sic
dicens: Potamogeton additringit &,

N refuge-

CATALOGVS.

refrigerat similiter polygono, sed es-
” sentia eius crassior quam polygoni
” est. Hispanice. Cien nudillos.
” Pro polygono mare. Polygonūfœmina
Pro poligono. Potamogeton.

PHRIGIVS LAPIS.

Quam mihi phrigium lapidem ostē-
derit in Hispania, hactenus ne-
minem inueni. Si Galeno cre-
dimus, lib. 9. simpli. med. valide de-
siccatur hic lapis habēs quidam adstri-
ctionis simul & mordicationis. Qua-
re pro eo, Dyphriges, hoc est æris
fæx aut sedimentum supponetur, cu-
ius in multis Hispaniæ to dinis copia
reperitur. Id quod ex Gale. persuade-
tur lib. 9. simpl. med. qui de dyphri-
ge ait mistam habere tum qualitatē,
tum facultatem, quoniam abet qui-
dam & mediocriter a gens, &
mediocriter acre. Et lib. 4. per ge-
nera cap. i. de Dyphrigē it. Valide
nang; siccatur et si modice sit mordax
cum

cum aliquali adstrictione. Quæ omnia similiter de phrigio lapide enuntiauerat. ponit ut etiam pyrites, id est marchasita ex recentiorum censura: quorum sententiam iuuat Galenus 9. simplicium dicens: pyritæ facultatem habere existimatur, & phrigius quem vocant. Hispanice. piedra de phrigia.

*Pro pbrigio lapide. Dyphriges.
pyrites lapis.*

PRASSIVM.

Quod latini Marruum nomi-
nant, id græci prassion appell-
larunt: quo nomine pilulis de
agarito mesuæi injicitur. Est autem
vulgaris planta notior in Hispania,
quā vt pluribus indicāda sit. Eius ino-
piam supplet melissophyllum Gale-
teste li. simp. me. 7. his verbis: Melis-
ophyllum marruuiο simile est facul-
tate, sed plurimum ab eo vincitur.

C A T A L O G U S.

„ Quāobrē nec vtitur eo quispiā. super
„ uacancū si quidē foret prēlente mar
„ ruuiō, cuius tātus est vbiq; terrarum
„ prouentus, velle vti melissophyllo:
Cæterum si cui forte ad manuū quā
doq; mārruuium non fuerit, illo vti
lceat modo, non exciderit quanto
ab hoc exuperetur. *Hispanice.* Marru
uio.

Proprassio. Melissophyllum.

PELLECINUM.

Planta, quæ hedysarum, & securi
daca latinis nominatur, vulgo la
encoruada, pelecinum quoq; ab
vnguentarijs vocari Dioscorides au
tor est. quo nomine usurpatur in
Mithridatio quod ex Cleopatro &
Antipatro Galenus & Actius scrip
serunt. pelecini seminis usus est. Id
enim (vt Dioscorides testatur addi
tur in antidota. Verūm semine defi
ciente ramuli ipsius herba substitu
tur

tur ex Galeni sententia lib. 6. simpl. med. his verbis. Huius fruricis semē, amarum & subacerbū apparet. Quā obrem potum gratum est stomacho & viscerū obstrunctiones expurgat. Idem prēstant totius fruticis ramuli. At in penuria totius plantæ, semen nigellæ in campis nascentis, accipi posse, præter recētiorum testimonia Galeni de melāthio siue nigella (cripta lib. 7. simpli. apertè demōstrant, si cum reliquo conferantur. Hispaniæ. La encoruada.

Pro pelecini semine. Pelecini ramuli
Nigellæ semen.

P E T R O L E V M.

Petroleum aliud est naturale ex minera in Ynfulis ac scopulis fluens quod sub album nobilissimū æstimatur. subnigrum subruberum et crassum pessimum cōuchitur ex Italia nostra tempestate, vel ex stillanti

22 CATALOGVS

bus aliarum regionum petris, vnde
petrolei nomine accepit. Alterum est
artificiale cuiusmodi videtur oleum
philosophorū siue de lateribus Me-
tuæi. Auice. interpres. 2. can. Naph-
tām veterum, petroleum vertit. veri
igitur & naturalis petrolei loco, non
est quod melius substitui possit in
medicamentis, quam oleum philo-
sophorum mesuæi, ut facile indicant
amborum facultates. Hispanice. Ge-
nero de alquitran.

Pro petroleo. Oleum philosophorū.

.nomi allegri

De licet R.

M V I T O R I E B
R H A P O N T I C V M.

Officinarum rheuponticum, qd
antiquioribus tha & rhapsonti-
cum est, plurimum distat à tha
barbaro, quo nunc omnes vtūtur ad
purgationes. Sic Nicolaus Myrepsus
in

Antiquo-
rū rhapsop-
ticam dif-
fert à tha-
barbo.

in confectione pilularum ad stomachicos recipit rheuponticum, & infra rheubarbarum. Vetum rhabonticum hisce regionibus desideratur. Quę enim radix à se plassatijs pro rhabontino ostenditur, centauri magni radicem esse, longe plura argumenta conuincunt, quam ut pluribus monstrari nunc debeat. Rhabontici inopia, cētaurij magni radix, aut symphiti in usum vocari potest, autore "Actio lib. 8. cap. 57. his verbis: Quod si non sit rheon, centaureæ maioris radicem contusam & cibratam vnicæ pōdere injice, aut eodem modo radicem symhpiti. Hispanice. Ruypōtico.

pro rhabontico. Centaurium magnū.

Symphitum.

R I B E S.

Fructus sunt notissimi ribes germanicis & italicis officiniis, quorum nullam antiqui mentionem

N 4 habue

CATALOGVS.

habuerunt. Apud nos incognita est planta quæ ribem mauritanorum re præsentet. Sunt tamen qui ex vulgaris arbusculæ fructu quam ribes vocant, succum exprimunt & per annū afferuant pro confectione Rob de ribes mesuæ & similibus. Cæterum legitimi ribes penuria, commode substitutur succus acetosæ herbæ, similem illi facultatem habentis: quod mesuæ testatur distinctione. 6. de speciebus Robub in rob de ribes sic dicens: Et scito quo rob herbe aceto sæ est in virtute eius. *Hispa*. Ribes.

pro ribes. Acetosa.

R V S C V M.

Myrtus sylvestris.

Officinarum Bruscus, sylvestris myrtus & Ruscū latinis appellatur. Iam pridē is explosus est error, qui cubebas, myrti sylvestris fructus putauit, vt Serapionis interpres vitus est insinuare. Ruscifructus

&

& radices v*is*ui conferunt medicinę,
vt demonstrant syrups de quinque
radicibus mesuæi, & Benedicta laxa-
tiua Nicolai Alexádrini: Quidam va-
lerij Cordi scriptis ducti in tuo dispē-
satio, per semen asparaci & rufci in-
telligunt carnem & pulpam eius re-
iectis nucleus ossis. Quorum sente-
tia celso refragari videtur lib. 5. in cō
confectione emplastri Diadaphnidō
ideit, d**e** baccis lauri, sic scribēti: Quo „
ties aut baccam, aut nucem, aut simi „
le aliquid posuero, scire oportebit, „
antequā expendatur, ei summam pe „
liculam esse demenda*m*. Cui senten „
tiæ Teophrastus adstipulatur libr. 1.
cap. 3. de historia plantarum: vbi fru-
ctuum appellat, quod carne & semi-
ne constat. Cæterum Galenum ha-
bet ille patrocinantem lib. 2. de Anti-
dotis, in antidoto quā Cælari præpa-
rauit, carnem baccarum iuniperi so-
lummodo præscribentem. Rufci se-
minis inopia, radicem eiusdem sup-
ponit

CATALOGUS

ponit Dioscorides, his verbis: Deco-
stum radicis in vino potum eisdem
præbet effectus. At radice rufci defi-
ciēte, radix eryngij substituunt iunio-
res quòd eiusdem omnino sit facul-
tatis. *Hispanice.* Brusco.

Pro rufci semine. Radix ipsius.

Pro rufci radice. Eryngij radix.

De litera. S.**SPODIUM.**

Spodium legitimum antiquorum
nil aliud est quā purgamentum,
quòd ab ærarijs officinarum pa-
uimētis & fornacibus euerritur. Ali-
ter de spodio loquuntur Arabes, Au-
cena enim. 2. canone dixit spodium
esse radices cānarū adustarum. Alij
os elephantis dixerunt. Quæ verius
Antispodia, quā spodij nomen merē-
tur. Gal. lib. 9. simp̄l. vice spodij, pom-
pholy

gem semper usurpat his verbis dicēs:
At ego illo usum nunquam cum
large mihi semper pompholyx sup
peteret. Nec enim quisquā vbi hæc
adsit, spodio vti velit, nedū antispo
dio. Diosco. lib. 5. cap. de metallicis,
cadmiam substituit cum ait: Hac spo
dij vice vtuntur. Etcap. de plumbo
eloco, ipsum his verbis supposuit: In
totum spodij effectus præbet, nisi
quod nō obducit crustas. Et libro. 1.
cap. de olea sylvestri, cinerē florui
& foliorum oleastri subiecit dicens:
Vruntur cum floribus folia, vt spodij
vicem cinis præstet in cruda olla.
Hunc scemodi cinerē in medicamen
tis oculorum constat spodio non ce
dere. sed eisdem viribus præditum
esse putandum est. Denique li. 5. ca.
de pompholyge, antispodia multa
pro spodio conscripsit, cùm inquit:
Quoniam spodium sèpenumero de
sideratur, necesse est ostendere quæ
simili virtute polleant, vt in spodij lo
cum

CATALOGVS.

cum suffici possint, antispodia vocat.

Hispanic. Spodio.

Pompholyx.

Prospodia. { Cadmia.

Plumbum elotum.

Cinis cleastri.

SATIRIVM.

Errant qui legitimi satyrij vice,
 passim testiculis canis sine dele-
 stu in medicamentis vtuntur. Nam
 satyrium, vnicam radicem emittit, te-
 sticuli verò geminas producūt oleæ
 similes. Veri satyrij inopia, semē eru-
 cæ reponetur, id enim Dioscoride
 autore, venerem concitat. Poterunt
 etiam seplasiarij, Gale. testimonio li.
 8. simplicium, ex duabus testiculi ca-
 nis radicibus, maiorem pro satyrio
 , accipere. Maior enim (vt ille inquit)
 , multam possidet humiditatē excre-
 mentitiam & flatuolam, quapropter
 , venerem excitat. Altera quæ minor
 est,

est, ut pote admodum elaborata, tan
tum abeat, ut ad coitum stimulet, ut
contra prohibeat ac reprimat. Hispa
nica. Satyriones.

Pro satyrio. Eruca.

Radix maior testicul.

SMYRIS LAPIS.

SMyris vulgo nobis Esmeril, notus
est lapis, cuius puluere expoliun
tur gemmæ, & armorū omne ge
nus. Gal. lib. 9. Simpl. med. quod den
tes puros efficiat se expertū scribit.
Verū Actius, sermone. 2. tetrabibli. i
cap. 26. punicē pro eo substituit his
verbis dicens: Pumex extensoriā vim
habet velut smyris, virtus autem pu
mex, nihil inferior est smyride ad eos
dem usus.

Pro smyride. Pumex.

SECA CVL.

CATALOGVS

Vm nondum sit in comperto,
quòd secacul radix polygonati
sit, aut eringij, vt quidam ex re-
centioribus opinantur, falluntur
magnopere qui aliquam istarum, ve-
nereis compositionibus commiscet,
præterim quòd facultate veneris ir-
ritandæ ciuimodi radices præstare,
nusquam haec tenus apud Dioscoridē
& Galenū mihi reperire licuit, qua-
tamen pollere Secacul, memoriæ p-
diderunt Arabes. Accedit quòd Sera-
pio in diuersis capitibus tractat de
Secacul & de Iringis: in quibus neq;
Dioscoridem neq; Galenū citat (vt
solet (quod sanè indicium est Seca-
cul plantam fuisse græcis incognitā.
Quare Auicen. testimonio. 2. cano.
cap. proprio, bautia, hoc est pastina-
ca agrestis pro secacul subiectur cū
,, ait: Et virtus eius quod nutritur est si
,, cut virtus bauciæ. Et in fine eiusdem
,, capit. ait: Loco eius ponitur buzei
,, dem. Est autem buzeidem (vt expli-
cat

cat Serapio satyronis species. Dixit etiam Mesuxus sermonē de conditīs. Bauciæ conditæ valent sicut seca cul. *Hispanice.* Planta peregrina que nō se conoce.

Pro seca cul. Pastinaca sylvestris.

Satyrion.

SEBESTEN.

DE hac tā famosa apud arabes ac iuniores medicos medici na, neq; Diosc. neq; Gal. quicquā cōmeminerunt. Myxa apud pau lum, Aetium, Actuarium, & Plinium nuncupatur. Officinae verò Sebestē nomine passim vtuntur, vt quæ lubē ter Arabum vocibus gaudere soleāt. Sebesten fructus in Loch fano & ex perto Mesuæi recipitur hodie. Verū in illius defectu pruna veniēt ex pau li testimonio libr. 7. de Myxarijs sic scribentis : Myxa arboris fructus est „ minor quidem prunis facultate verò „ consimilis. Plinius quoque libr. 13. „

cap.

CATALOGVS.

cap. 5. cui titulus est de Syriæ arborebus, de prunis in damasco monte natis, & myxis vñ à loquitur, & ait vtrū que fructum iam esse familiarem Italiæ. *Hispanice.* Fruto de vn arbol de Persia.

prosebeste. Pruna Damascenæ

SETARAGI.

SErapionis interpres cap. 372. Setaragi vocem arabicam, lepidum declarat, de quo nō parum digladiatur herbarū studiosi. Brassauolus in confectione pilularum aggregatus Brasauoh laplus. uarum maiorū, in Setaragi penuria, carpesij à quale pondus supponendum esse scribit: ac si ipse carpesium cognouisset, aut vnu frequens esset. Consultius itaq; erit in ea confectione, & in Tritera Sarracenica Meluæ i nasturtium pro illo sustituere ex Galenitentia lib. 7. simp. sic scriben tis. Lepidum simile est nasturtio, tū odore

odore, tum gustu, tum viribus. *Hispanice.* Lepidio.

Pro setaragi. Nasturtium.

S Q V A M M A.

ID quod malleorum ictibus dicuti-
tur, & vulgo squamma æris dicitur
& batitura. Hanc requirunt no-
stri pharmacopole, pro emplasti Isis
confectuta. Ipsa tamen deficiente,
squammam stomomatis substituit
Diosco. lib. 5. cap. 5. proprio his ver-
bis: Squammæ ex acie aut mucroni-
bus decussæ, quam vocant stomoma
eadem vis, lauatur modo simili, & re
conditur. At Gal. lib. 4. de cōpositio-
ne per gñā cap. vltimo, vice versa
squāma stomonatis, æris sq̄iammā
inijciendam suadet. Verum animad
uertendum est. quòd stomoma non ^{stomoma} quid.
ex ære aut ferro prodit, sed ex chali-
be quem Hispani azero vocant, tum
maximè cū malleo super itincede tun-
silio? O. ditur:

CATALOGVS

ditur conficiendis armis et rusticis
instrumentis. *Hispanice.* Escobilla del
cobre.

pro squamma eris. Stomoma.

SCINCUS.

*Nimal est scincus lacertæ simi-
le, squamis subluteis, cæsia à
capite ad caudam usq; discur-
rente linea, capite longo, cauda
tereti, breuiori quam lacertæ. Ex ma-
ri rubro, & ex Nilo asportatur legitim-
us: vulgares enim, qui in lacubus
Italiæ & Hispaniæ gignuntur, minitu-
li sunt & nigricantes. Quare in mi-
thridato, & in confectione testiculo-
rum vulpis mesuæi, veris deficienti-
bus, satyrium supponetur ex Paulo
lib. 7. aut semé erucæ. quod idem ad
omnia potest quæ alia duo. *Hispane.*
Stincos.*

pro scinco. Satyrium.

Eruca.

Scilla

¶ SCILLA.

Scillæ, quarum in nostris officinis
est usus, legitimæ non sunt, cum
non aloes toliū habeat, ut Dios.
& Plinius proprijs de Aloe capitib⁹
docuerunt, Aloes folia scillæ folijs
coferentes: sed potius lilio proximū,
inter quod nō parua intercedit diffe-
rentia. scillæ igitur nostri usus, qui-
bus pulchre respondent lilij folia pā
cratiū Dioscoridis omnino referūt.
Sed cum Diotcoride autore, Scillæ
vires & preparationem habeat pan-
cratum, legitimæ scillæ in opia pan-
cratiū, confucto more accipiēdum
Quod similiter testatur Galenus li-
bro. 8. simplicium medic. his verbis:
Radix pancratij scillæ similem gustū
refert, quare ea quidem pro scilla, si
ea non adsit utuntur: efficit enim om-
nia in genere quidem similiter, sed
longè imbecillus. Hispanice: cebolla
albariana.

do1 CATALOGVS

Proscilla. Pancratium.

SERPENTARIA.

Eplasijs nostris serpentariæ titu-
lo cognoscitur antiquorum dra-
contium, cuius duo potissimum
genera veteres herbarij cōstituunt:
alterum speciatim dracunculum no-
minauit Dioscorides: alterum vero
Lupha qd. Arum, quod apud Syros Lupha voci
tari scribit. Arabes tamen nomine
luf, & arum, & dracunculum cōpræ-
hendunt: ut apparet in Hiera herme-
tis, & in confectione alia testiculorū
vulpis Mesuæi. Sed cum eisdem viri
bus annotentur ab omnibus declara-
ta iam serpentariæ genera, perinde
erit dracunculi, an Ari radicibus vta-
mur. Id quod Dios. dilucidavit, cap.
de Aro sic scribens: Radix semen, &
folia dracunculi vires habent. Hispa.
Taragonia.

Proserpentaria. Ari radices.

SYL-

SYLPHIUM.

Syphium latinis est laserpitium,
 & serapioni cū reliquis arabibus
 Assa nuncupatur. Hanc in fæti-
 dam & odoriferam partiuntur Mau-
 ritani. quod Dioscorides indicauit li-
 bro. 3. cum cyrenaicum liquorē blan-
 dissimi odoris esse, medicum verò &
 syriacum virosum odorem reddere
 testat⁹ est. Liquor seu lachrima quia
 efficacior est ad usum eligitur: sem-
 per tamē præfertur odorata, de qua
 non parum digladiantur scriptores.
 Belzuinum vulgare esse putantes.
 Eius igitur loco foſtida assa succedit
 duplicato pondere Gale. autore lib.
 2. de Antidotis in medicamento Au-
 guste sic scribente: Salis ammoniacis
 liquoris cyrenaici utriusq; drachmæ
 duæ: si cyrenaicus desideretur syriaci
 duplum. Et lib. 3. de compositione p
 genera de cyreneo succo sic ait: Cæ-
 terum

701 CATALOGVS.

terum si eius facultas non detur vte
m̄ur medico, vel sagapeno vocato,
vel euphorbio. Hispanice. Menjui.

Affa foetida.

Pro sylphio odorato. Sagapenum.

Euphorbium.

SALINDVS.

NIL aliud extitit antiquis sal In-
dus, quam saccharum arundi-
nibus sacchariferis in India gū
mi modo cōcretum, cuius meminit
Paulus lib. 2. cap. 54. de lingue Scabri-
æ, & Auicen. 4. can. fen. i. tractatu
2. cap. 29. Eius loco vtuntur hodie
suppositio, quod zuccharum can-
dam vocat. Cæterum est aliud apud
Arabes salis Indici genus, quod Au-
cen. 2. can. Indicum amarum, stipti-
cum, & modicatum nuncupavit,
cuius est usus hi confectione pilula-
rum Indicis Mesuari. Et enim acutū
poteris, & melacholiæ, phlegma-

tisq; eductuum sicut idē Mesuāus testatum reliquit, cap. de speciebus salis in simplicium tractatione. Et in canonibus cap. 2. de vomitorijs. Indi ci salis inopia, sal gemmeus supponetur, ad eadem enim valet omnium testimonio. *Hispanice.* tal dela India.
Pro sale Indo. Sal gemmeus.

S V C H A H A.

SVcarām apud Auicenam. 2. cano ne, cap. 671. atq; reliquos Arabes quæ cicutam significat, nō est suchaha quam Mesuāus recepit in sy rupo de eupatorio. Quod enim veteres spinam arabicam dicunt, Mauritani suchaha appellauint. Verū cum hoc æuo spina Arabica delitescat, lysimachiæ semen substituetur: uti ex Paulo & autore illo succedāneorum deprehendere licet, in præfationibus ad substitutionem in medicamenta: qui quidē pro lysimachia que ad

201 CATALOGVS.

manum nō erat, semen spinæ Arabi
cæscu Aegyptiæ supposuerunt. Dil-
genda tamen ea lysimachiæ species
quæ lureis floribus constat, in Tagi-
tipa prope aquas copiosissime luxu-
rians. Quanvis non inficiamur (vt
supra de Bedeguar dictum est) cario
phyllatæ radices substitui posse pro
suchaha; idem enim possunt quod
spina alba et arabica, que barbaris no-
minibus Bedeguar & suchaha diciso-
lent. *Hispanice. Cardo de Arabia.*
Pro suchaha. Lysimachiæ semen.

Cariophyllatera.

SISONVM.

Sison, vt Dioscorides lib. 3. scriptū
reliquit, semen est in Syria proue-
niens, nobisq; incognitum, cuius
Nicolaus meminit in confectione li-
tontripon. Plantā, quæ id semen pro-
ferat, apud nullum autorem suis notis
descriptā non inuenimus; quanquā

Ruellius ex Hippocrate afferat quaternis constare ramis. Qua de re in illius seminis penuria, anisi semen supponetur ex Pauli censura libr. 7. Hispanice. Una simiente pequeña de syria.

Pro sisano. Anisi semen.

SAXIFRAGA.

DE saxifragæ historia, tot sunt sententiæ quot capita, adeò ut nec apud græcos, nec arabes autores, vix possit percipi, quid saxifragæ nomine significetur. In tanta igitur contentione, optimum erit se plasiat ijs adiantum (quod capillum veneris vocant) pro medicamentorum usu recipere, cum Dioscotide & Galeno autoribus yrinæ difficultati cōferat, & calculos comminuat. Accedit Plinij testimonium lib. 22. capi 21. historiæ naturalis, sic scribentis: Adiantum calculos è corpore mirè pellit

CATALOGVS.

pellit frangitq;. qua de causa potius
quàm quod in saxis nasceretur , & à
nostris saxifragum appellatum credi
derim. Ex quibus Plinij verbis mon-
stratur saxifragiæ nomen adianto ac
commodari. *Hispanice.* Quicbra pie-
dras, o quebranta la piedra.

Pro saxafragia. Adiantum.

SANGVIS HUMANVS.

Conficitur i officinis emplastrū
contra rupturam vel de pelle
arietina ex Guidone: cui inter
alia sanguis hominis admiscetur. Ve-
rum tantam cum hoc sanguine affini-
tatem habet porcinus vt in illius pe-
nuria supponi possit, vt testatur Gale-
nus lib. 10. simpl. med. cap. de sangu-
ne suillo his verbis: Sanguis suillus hu-
midus est: & minus calidus: humano
maxime temperie similis. Si quidem
& carnes suum humanis sunt similes.

bello

Com

Comperti enim sunt hospites, & co
qui complures, qui humanas carnes
pro suillis venderent: tametsi qui eas
edissent: nullum omnino discrimen
percipere potuerint. Hanc rem simi
liter confirmavit li. 3. alimentorum,
cum de sanguine ut de alimento lo
quitur. *Hispa.* sangre de hombre, o
de muger.

Pro sanguine humano. Ság. porcinus.

SE SELI.

SEseli se seleos arabis dicitur, &
officinis filer mōtanum, quo no
mine habetur in descriptione pi
lularum lucis maiorum Mesuæi. Vē
duntur in pharmacopolis varia semi
na pro seseli, quæ cum nec nimis sua
via, nec acria sint, Actiopicum vel
Peloponense semen representat po
tius quā massiliense cæretis præstan
tius, Hac de re legitimi seseli vice, di

etamnum

C A T A L O G U S.

ctamnum Creticum, aut semē anisi substituendum censemus, si conferātur horum omnium facultates apud Dioscoridem & Galenum singulis capitibus. *Hispanice.* Cominos rusticos quibusdam.

Pro seseli. Dictamnum creticum
Anisum.

S T R V T I V M.

Condisi.

Recensuit inter olea Mesuæus, oleum de euphorbio cui condisi adiecit. sic enim arabes & officinæ vocant, quod græci struthion, & latini radiculam seu lanariâ herbam, quam illi frequenter medicamentis admiscent, quibus naribus inditis sternutamen facient. Nōnulli herbain fullonum & saponarium dicunt. Hęc planta vt Dioscoridis aucto vulgo erat notissima, sic nunc à paucis dignoscitur. Theophrastus inter folio aculatas strutiū ponit. Plinius

nius caule ferulaceo & folijs oleæ. esse dicit, spinosamq; caule lanugino so. Fuchsius in suis de natura stirpiū commētarijs saponariam vulgarem legitimū struthium esse censet, eāq; pro struthio depingit. Quare fit ut ar duum sit dijudicare quæ planta iure struthium dici mereatur. Autor ille succedaneorum vetustissimus, heile borum album non male pro struthio supposuit. Manardus in annotationi bus ad Mesuæi medicamenta com posita, costum, castoreum, calamen tum, & pyrethrum ex Auicen. substi tuit. Hispanice. Yerua xabonera.

Pro struthio. { Helleborus albus.
Pyrethrum.
Castoreum.

SAGAPENVM.

I Galeno credimus lib. 8. simpli. Sme. sagapenum liquor est cuius planta ferulæ assimilatur. Verum &

CATALOGVS.

& selectissimum pro Theriacæ confectione, Venetijs reperiri audio. Caueendum tamen ab ingenti adulterati copia, quod vbiq; vendi solet. Pro Sagapeno ammoniacum reponitur, similis enim est facultatis. Auicen. 2. can. cap. 367. loco , ait, eius ponitur gumi cedri, & pondus ipsius & medium de apoponaco. Hispanice. Serapino.

Pro Sagapeno. Ammoniacum.
Opopanax.

SALAMONIACVS.

AMMONIACUS sal, arenarius etiā cognominatur, quia colligitur sub arena, quam Græci ammō vocant. aut quoniā inuenitur apud ammonis oraculum. Duplex hic est factitius quo vtuntur chymistæ , & auri fabri, atq; natiuus qui ad medicinam recipitur. Huius penuria cincrem substituit Plinius lib. 18. cap. 28.

sic

sic lcribens: Salis vim & cinis sed leniorem habet. In quem cadet Galeni reprehensio libro 8. simplic. cap. de cinere in Dioscoridem, qui scripsit omnes cineres vim adstringendi haberc. Hac de causa cōomdius est des à Galen in veri salis ammoniaci locum, salē ^{leno nota-} ^{tur cū de ci-} ^{nere cribit} cōmunem accipere Galeni testimo nio libro de theriaca ad Pisonem ca. de salibus theriacis sic scribentis: sal ammoniacus reponatur, sin minus, cōunis colore albus, & leniter splē, descens. *Hispanice.* Almojate.

Pro sale āmoniaco, Sal communis.

SANDARACA.

Alia est Gr̄ecorum, alia arabū sandaracha. Gr̄ecis minerales est colore cinabaris ut ait Diosco. arabum sandaracha, quam verni cem scriptorum nominant, gummi poti⁹ Iuniperi est, quam sandaracha

CATALOGVS.

Vbi igitur apud arabes sandaracha legitur, vernis scriptorum est intelligenda, & in græcis autoribus minerali. Sandaracæ defectu, auripigmentum supponi potest Diosco. teste li. 5. sic dicente: Sandaracæ dos eadem & vstio quæ auripigmento. Quod enim hæc ambo eiusdem virtutis & naturæ sint, hinc constat, quod non alio differunt quam quod vnum magis excoctum sit, alterum minus, ita ut sandaracha nil aliud sit quam Auripigmentum, quod in terræ visceribus, ampliorē & coctionem & colorim contraxit. Loco sandaracæ arabum, Charabe substituitur, vti serapio ex sententia Atabari, & Isaac his verbis monstrauit, cap. 57. simp. Sandarax, id est vernix gummi est similis charabe in virtute sua. Hispanice. Oropimente. Sandaracha arabum. Graſſa. Pro sandaracha græcorū. Auripigmentum. Pro sandarac. arabū. Charabe.

San-

SANTALVS CITRINVS.

Santalus arbor est Indica cuius
ingentes sylvaæ apud Calecutū
reperiuntur vt tradunt, Tria eius
genera posuerunt ex tribus arborū
generibus prouenientia vt nonnul-
lis placuit: quorum primum rubrum
inodorum quidem, alterum luteum,
tertium album, & à triplici illo ge-
nere pharmacopolarum vulgus con-
ditum Diatrisantalum nominat. Lo-
co santali citrini (qui rariſsimus est)
santalus rubeus, vicarius erit, ex Sera-
pionis ſcriptis: cap. 346. simplic. suo-
rū ſic ſcribétis: Et melius ex ſantalis,
est citrinum pingue, & post citrinum
ſiccum, & post ipsum rubeū. & post
est album. Hispanice. ſandalo amari-
llo y citrino.

Pro ſantalo citrino. Santalus rubeus.

SABINA. 2

P Sabina

C A T A L O G U S

Sabina duplex est, altera cupresso
similis: altera tamarisci folia ha-
bens. Vtraq; in Hispania digno-
scitur, similiis inter se facultatis ex
Dioscoridis scriptis. Vtriusq; tamen
defectum in syrupo de artemisia Ni-
coli, & in alijs supplet cupressus, ut
autor est Gal. lib. 6. simplicium med.
, his verbis: Sabina ex numero est for
, titer exiccantium, idq; secundū tres
, qualitates quas in gustu præfert, si
, militer cupresso, nisi quod ea, & a-
, crior est, & vt sic dixerim magis aro-
matica seu odoratior. Auicen. 2. can.
tract. 2. cap. 5. addit casiam ligneam
, sic dicens: Loco eius ponitur casia li-
, gneca: & dicitur quod pōdus eius de
, nuce cupressi: & dicitur quod pon-
, dus eius de folijs cupressi. Hispanice.
Sabina.

Pro sabina.

Cupressus.

Casia lignea.

SCAMMONIA.

Rarum admodum inuenitur scāmonium, quod omnibus ijs notis, quas optimo tribuit Dioscorides præditum sit. Nam tithymalli lacte, alijsq; imposturis vitiatum frequentius reperitur. Quare curandū est pharmacopolis & medicis, ut laudatissimum quærant scammonium. Cum enim hoc medicamentum omnium ferè electiorum, pilularumq; quarum pauciū est usus ad humores purgandos, sit basis, qui ijs adulteratum immiscet, pessima & mortifera conficiunt medicamenta. Quod autem officinarum scammonium, tithymalli succo sit vitiatum, hinc constat, quod decem vel quindecim grana, alium sepius expurgent: cùm syncri drachma, vt Diosco. testatur, id vix efficere possit. Paulus li. 7. cap. 4. cui titulum in dedit de medicamentis simplicibus, quæ flauæbili purgadæ sunt. Elaterium pro scammonio supponit

CATALOGVS

Scribens: Elaterium scammoniae modo euacuat, deligendum verò porraccum leue, & anno non vetustius.
Hispanice. Escamonca.

Pro scammonio. Elaterium.

SE V V M.

Seuum à renibus laudatissimū iudicatur. Vitulinum fit mentio in certato ex Oesipo Philagrij apud Mesuæum. Galenus lib. 5. de compositione medic. per genera in emplastro alcinionis vel Nicomachi, hircinum & vitulinum inuicem succedanea ponit cùm ait: Scui caprini vel vitulini. Celsus libr. 5. in descriptione tetrapharmaci emplastri, vitulinum pro taurino substituit sic Icribēs: Ha
"bet pares portiones cerae picis, resinae, scui taurini, si id non est vituli-
ni.. *Hispanice.* Sebo.

Pro sevo caprino et taurino. Vitulinū.
Spica.

S P I C A.

Spicæ tria genera veteres celebra-
runt. Ex quibus Celtica & Nar-
dus vsu frequentiores, quæ in ui-
cem subiiciuntur Galeni testimonio
libro. 9. de compositione phar. local.
cap. 4. his verbis : Est igitur Celtica
Nardus optimum pharmacum effi-
ciens quæcūq; etiam Indica Nardus
solet, verum ab ipsa viribus deficit
veluti etiam à Celtica Montana. Pli-
nius lib. 12. cap. 13. asarum pro spica
nardi supposuit his verbis dicens:
Nardi vim habet asarum, quod & ip-
sum aliqui sylvestre nardū appellant,
Hispanice. Espiga dela India, y azum
bar.

Pro spica celtica. Spica nardi.

Pro spica nardi. Asarum.

S E S A M U M.

CATALOGVS.

Quamvis sesami semen, à quo copiosum exprimitur oleum, officinis notissimum sit, paucitamen sesami plantas viderunt. Cæterum quando sesami apud nos facultas non fuerit, haud insciéter substituemus lini semen ex Pauli decreto li. 7. Nec est à Galeni scriptis alcnum. qui lib. 8. simplicium medi. de sesamo inquit calidum modicè esse, emolliens, & pingue. & lib. 7. de lini semine, & .3. cap. .10. similes descripts vires ac facultates. accedit recentiorum sententia, qui pro oleo sesamino, lininum vel amigdalimum, subiiciunt. *Hispanice.* alegria, y aljonjoli.

Pro sesamo. Lini semen.

STAPHIS AGRIA.

Est in usu multorum medicorum huius temporis, vnguentum pediculos potenter necans, quod staphis

phis agriam recipit: cuius etiam non
immemor fuit Nicolaus in potionē
sancti pauli. Hanc plātam Cornelius ^{Vna tamis-}
Celsus lib. 3. cap. 21. vuam taminiam ^{nia quid-}
nominauit. Galenus lib. 4. simp. vitē ^{Celso.}
agrestem vocat. Quidam pituitariā. Pituitaria.
dicunt, quod commāducata multā
pituitā eliciat. Serapioni capite sim-
plicium suorum. 227. alberas appel-
latur. Semen plantę in medicamen-
tis vtilius: cuius defectu pyrethrum
succedit, vt cōstat ex viribus utriusq;
apud Galenum & Dioscoridem. Ga-
lenus enim lib. 6. simp. astaphis agria "
(inquit) vehementer acrem obti- "
net facultatem. adeo vt ex cap. pitui "
tam purget, abstergatq; valenter, sed "
& vrendi vim aliquam habet. Et lib. "
3. de pyrethro loquens Galenus ip- "
se, Radice (ait) potissimē vtimur cau-
ſiticam vrentemūc facultatem obti-
nente, qua vtiq; & dentes refrigerati-
os mitigat. Similimodo Dioscorid.
lib. 4. de staphide agria dixit, quod

C A T A L O G U S.

cocta in aceto dentiū doloribus col
lutione subucnit, & quod vrentibus
malagmatis imponitur. *Hispanice.*
auarraz y yerua piojenta. *Pyrethrum.*

S C O R D I V M C R E T E N S E.

Planta scordion, græcis dicta est
ab allijs quòd eius folia affricta,
Allij quod græcè scorodō voca-
tur odore referat. Dios. natione Pon-
ticum creticumq; inter prima effi-
cax laudabit, similiter Galenus libr.
1, de antidotis. Scordium (dixit) opti-
mum ex Crete nobis aduchitur, quā
quam nō malum ex alijs nationibus
sit inuenire. Ex quibus Galeni verbis
elicitur Hispanicū pro Cretensi pos-
se substitui: quod nō ita pridem cœ-
pit agnoscī: neq; enim est alliū agre-
ste, vt hactenus pene omnes ab ara-
bibus, & eorum imitatoribus nomi-
nis similitudine decepti existimarūt.
græcis

Græcis enim scorodon est alliū, scor
dium verò chamædry similis est her
ba odore allium referens in pallustri
bus nascens, vnde romanis Trissago. Trissago
palustris vocatur. Scordium itaque palustris
huiusmodi in Theriacos pastillos in quid.
serenda crit, & non alium sylvestre:
Cæterum longiorem veri scordij hi
storiā legere cupientes Galcnum
adeant, vbi hedychroi confectioem
pertractat. Alij etiam ex seplasiarijs,
errorem errori accumulantes, Allia-
riam vulgarē quæ Fuchsio pingitur
in suo de hittoria stirpium volumi-
ne, loco legitimi scordij supponunt,
quod easdem allij facultates habere
conijcerent. Hispanice. Escordeon.
Pro scordio Cretico. Hispanū scordiū.

SEDE NEGI.

VAriæ sunt interpretationes hu
ius vōcis sedegeni in cōfēctio
ne trocīchorum de terra sigil-

CATALOGVS.

lata. Simon Ianuensis lapidem Hæmatitē exponit, sicq; bis in eadē conjectura idem lapis recipietur. simili-
ter explicuit Auicēna libro 2: tracta-
tus. i. cap. 5. de iudicijs quatundam
medicinarum extrinsecis vbi aperte
ait, schedemīgi lapidem esse. Idē de-
clarauit Guido chirurgus quātū sua
ætas tulit excellentissimus tratatu de
decoratione, capite de ægritudini-
bus oculorum. Alij fumum terræ ine-
ptè interpretatur, quod parum fa-
ciat ad rem. Serapio capite de cupa-
torio & cānabi, se de negi & schede
negi pro cānabi habet, quæ sanè ex-
positio magis placet nec à composi-
tionis scopio deuiat, quandoquidem
tantopere desiccatur naturali tempera-
mento, ut genituram extinguat, ac
desiccat, ut latius Galenus lib. 7. de
simplicium facultatibus scriptum re-
liquit, & reliqui post eius ætatem.
Effectus autem humores corporis

exic-

exicandi, summopere in trocisco
rum mistura exoptantur, vt intuenti
apparet. At qui bis eidem medica-
mentum in eadem confectione in-
ijcere velit, enarratis autorib⁹ fauet,
sed compositioni iniuriam facere vi-
detur. *Hispanice.* (quibusdam) Estan-
ca sangre, y piedra sanguinaria. Alijs.
Simiente de cañamo, y cañamon.

Pro sedenegi. Hæmatites lapis.
Cannabis semen.

TERRA LEMNIA.

LEmnia terra, officinis terra sigil-
tata dicitur, quo noīe à mesuæo
vſurpatur in trochischis de alche-
chengi, & de terra sigillata. Ingredit̄
etiam Athanasiā Nicolai sub nomine
Lenias. quā vocē fallò Plateari⁹ auri
pig- Lenias.
quid.

CATALOGVS

pigmētum interpretatur, & Fuchsius lib. 2. de compositione medicamentorum, helenium legendum esse perperam suadet. Nam lipnia græcis, terram lemniā significat. Hāc adulterant, ut nemo veram à fucata falsaq; possit dignoscere Galeno autore l. 1. de antidotis, vbi se in lemnūm nauigasse iactat, non ob aliud, quā eiusmodi terrā videndi gratia. Sane ex doctissimorum virorum censura, vbi lemnia terra in medicamentis sit opus, Armenium bolum vulgarem quod præstantissimum sit, accipendum: nam vel legitima est terra lemnia, aut in illius vicem nihil melius supponi potest, ut conferentes simplicium historias liquido inuenient. Hispanice. tierra sellada y bolo armenico.

Pro terra lemnia. Bclus armen⁹ vulg.

TURBIT.

Serapio-

Serapionis & Auice turbit, quod
verum tripolium antiquorū exi-
st̄t, nobis hodie est incognitum,
nec enim est illud cuius passim in
officinis est usus: licet enim candidū
& purgatorium sit; nullam tamē odo-
ris fragrantiam nec gustui acrimoniam
reddit. Illud ergo quo hodie utimur
radix est alypi, si Actuario credimus
lib. de compositione medicamento-
rum vbi triteræ minoris simplicia ex-
aminat. Habetur non sine magno er-
rore in myropolijs turbit aliud cra-
fius & nigrius cortice in Hispania
collectum, aut è thapsiæ aut è Pytiu-
sæ radicibus, quod nō est genuinum
& album Mesuæi quale esse Alypon
declarauimus. His de causis legitimi
& albi Mesuæi Turbit orientalisq;
inopia, securius esse censemus agari
co vel simili purgatorio uti, quā tur-
bit nigrū & crassum nostratæ regio-
nis accipere. Si tamen aliquando qđ
apud

C A T A L O G U S

apud nos nascitur optimi electiones
habeat minime re pudiamus. nec
enim multū refert, quo loco aut cre-
scat, aut vnde vehatur, modo notas
bonitatis representet. *Hispa.* Turbio
de leuante.

Pro turbit oriētali. Hispanicū optimū
Agaricum.

De litera. T.

THVS MASCVLVM.

TAchrima est thus ex cortice ara-
bicæ arboris cmanans: quæ græ-
cis libanos dicitur, officinis oli-
banum, vnde diaolabanum compo-
suit Nicolaus Alexandrinus: Ex tri-
bus verò thuris generib' quæ a Dio-
scoride scribuntur, primatum tenet
masculum Suapte natura rotundū.
Thusmas-
culū quod
dicatur. Tale enim vocatur (autore Plinio
lib.12,cap.14.) quod rotūditate gut-
tae

tae pependit, cum alias non ferè mas
vocetur, ibi non sit fœmina. Tale e-
tiam non sectum passim à Galen. di-
citur, ut notat Cornarius libr. 10. de
compositione med. localium, Thu-
ris loco, thuris cortex succedit, &
Manna thuris, teste Dioscoride pro-
prijs capitibus cum inquit: Et vis ca-
dem quæ thuri, sed validior adstrin-
gentiorq;. Deinde ait: Manna thuris,
probatur candore, micarum frequē-
tia & puritate, vim habet eandem,
quam & thus, sed inualidiusculam.

At mannam thuris propriè appellat Manna tu
Galenus libro. 4. cap. 4. de compo-
sitione per locos, id quod excussum,
aut comminutum est à thure circa
magna onera contracto. Hispanice.
Encienso macho.

Pro thure. Manna thuris.

Cortex thuris.

TEREBINTHINA.

Tere

TErbinthina ex terebintho arborescens emanans, resinas omnes antecedit, ut inquit Gale. lib. 3. de compositione medi. per genera, tanquam medicamentum in multiplices usus accommodatum. Huic proxima est lentiscina, Dioscoride auctore, quare illa deficiente substituitur in theriaca, & alijs intro sumēdis medicamentis. At lib. 3, per genera cap. 4. de medicamento ex Euphorbio colophoniam substituit Galenus his verbis: Adiungi aliquādo terebinthina veram: si minus paratissimam ubiq; quam friētam & colophoniam appellant. Et lib. 1. eiusdem voluminis cap. 15. de albis emplastris, laricina resinam substituit. Et lib. 6. de methodo med. ait: Quinetiam in penuria terebinthine, tum humidam pīcam, tum etiam frīxam commode admisceas. Vnde constat non magno errore terebinthinam vulgarē quæ

(quæ è pinu resinā est) in medicamentis usurpari. Hispanice. Trementina.

Pro terebinthina. { Mastiche.
Resina pini.
Resina laricina.
Colophonia.

THYVM.

VNius tantum thyini, meminit Dioscorides. Verum cum i's libro. 4. in epithimi historia, epi thymum florem esse scribat è thymo duriore, haud dubie ostendit se perinde ac Theophrastum lib. 6. cap. de plantarum historia, duo thymi gene ra obseruasse. Vnum tenerius capitulis purpureis refertum. Alterum lignosius ac durius, cuius meminit Dio scorides. Primum visum est à nobis non procul ab Hispali ciuitate iuxta oppidum, Alcala de Guadaira, cum herbarum inueniendarū causa, Fran

2 ciscus

CATALOGVS.

ciscus Frdinandus Toletanus medi-
cus insignis, & nos illuc cōuenimus
anno. 1555. Altero verò thymo durio-
re, paſſim ferè scatet Toleti ager.
Thitni inopia, thymbram ponit Dio-
ſcorides lib. 3. dicens: Saturcia eadē
prestat quę thymus si modo conſi-
mili ſumptitetur. Paulus lib. 7. thym-
bra (inquit) Sylvestris, eadem quæ
thymnum præstat, hortensis autem
imbecillior est, ſed ad ciborū uſum
gratior & accōmodatior. Similiter
ſenſit poeta Maccer, cum dixit, ſi de-
ſit thymus, pro thymo ponere thym-
bram præcipiūt medici, nam vis est
æqua duobus. Galenus verò libr. 6.
ſimp. med. epithymum ſubſtituit di-
cens: Epithymum thymi facultatem
habet ad omnia efficacius. *Hispanice.*
tomillo ſalſero.

Prothymo. Thymbra.

Epithimum.

TRIBVLVS MARINVS.
Inſcr-

INseruit Nicolaus vnguēto Aggrīp
Ipæ tribulum marinum siue aquati-
cum dictum, quoniam non solum
in dulcibus aquis sed in mari quoq;
proueniat. Huius defectu terrestris
supponetur, qui passim astiuo tem-
pore folijs ciceris in campis tribus
prouenit. Vterq; enim tribulus ex
Dioscoridis sententia, eandem quali-
tatem obtinet. Galenus pariter libr.
simplic.7. vtrunque constare scribit
ex humida essentia modicè frigida:
& siccatorigida quāuis in terrestri su-
pat terreū frigidū, in aquatico vero
aqueum. Hispani. abrojos del agua.
Pro Tribulo marino Tribuluster-

requali consoqium restris.

THAPSIA

THapsia, ut ait Plinius libro. 19.
cap.9. planta est per quam simi-
lis fœniculo, cuius rarissimus est

Q 2 hoc.

CATALOGVS.

hectempore in medicamentis vſus.
Nicolaus ipſam adhibuit medicamē
tis quæ vomitus appellat. Galenus li
bro. i. da compositione pharm. loca
lum cap. i. thapsiæ penuria, nasturti
um aut crucæ ſemen his verbis ſup
ponit: Quod ſi thapsia nō adſit, pro
ipſa tantum pondus ſeminis naſturt
ij aut erucæ addes, aut ipsum adeo
naſturtium. *Hispanice.* cañahcja.
Pro Thapsia. Naſturtium.
Semen crucæ.

THLASPI.

Semen thlaspis vſui medicinali ac
comodatur, vt Galenus libro. i.
de antidotis testatur. Decepti
ſunt tamen multi putantes Thlaspi,
& bursam pastoris vulgo dictā, vñā
& candem eſſe plantam, cuius oppo
ſitum dilucidè appetet, foliorum ha
bitu, gustato ſeme, & temperamē
ti contrarietate. Veri thlaspis locum
ſupplere potest naſturtium agreſte
aut,

aut Sinapi, quoniam similes, hoc est
acres facultates obtinent, omnium
recentiorum consensu. *Hispanice.*

Pan y quesillo de flor blanca.

Pro thlaspi. Sinapi. *Nasturtium.*

T U S S I L A G O

TUSSILAGO Hispanis vulgo dici-
tur Fartara y vña de astno. Offi-
cinæ hos secutæ, eam Fartarā
appellant, Necnon vngulam caballi
nam. Herba est vulgaris notitiæ: quā
tuis non ubiq; frequens: sed quæ pro
medicamentis ad tussim destinatis
quæritari soleat, vnde nomē trahit.
In eius defectu succedere potest bu-
phtalmos appellata herba, quam no-
stri paxitos dicunt. Cuius sententiæ
testis est Galenus com. 4. in librum
Hippocratis de articulis. Nam cum
Hippocrates diceret: Vlcus verò cu-
tare oportet, aut cruentis emplastris

23 quæ

CATALOGVS.

quæ madefiūt, aut buphthalmi folijs:
statim inquit Galenus: Multioculi
autem herbæ quæ etiam bubpthal-
mos, hoc est bouis oculus nūcupat
folio hic vten dum censet, sicut prius
fussilaginis. cum candem vim quam
illa habeat. *Hispanice.* Farfara, y vña
de caballo. *DA. H. V. T.*
Pro Tussilagine. Oculus bouis.

THYMELEA

AVicena. 2. can. et serapio libro
simplicium, quos ut præcepto
ressuos sequitur meluæus cha-
mælam cum thymelea turpiter cō-
fuderunt, Mezereon vtranq; plâcam
appellant: vnde pilulæ ex mezere-
on apud metuëm diminutunt. Sed
vere mecercon nō chamelea, sed thi-
mellea est, Hispanis toruisco dicta,
ex qua granum siue coccon cnidiu-
m colligitur, vt teophrastus. 9. plan-
tarū, et Dioscorides autor est. Acti-
us libro. 16. cap. 79. de veteri hydro-

pe, chameleam pro thymelca subitti
tuit sic scribens: fomentis utemur ex
aromatibus quæ menses eliciunt et,
pessis sanguinē trahentibus. ex quo-
rum numero hic est. Cneori, quod,,
est grani cnidij radix, aut illo nō præ
sēte chamaeleæ *Hispanice*. Toruisco
Pro Thymelea. Chamælea.

De litera. V.

VNICORNV

Solent medici nostræ ætatis uti
vnicornu (quod monocerum
vocant) contra venena, et pestilē-
tes febres. Plinius libro. 8. cap. 21. effi-
giem feræ depinxit, longiorem tamē
historiam narravit contradus gesne-
rus libro de quadrupedibus. Deligé-
dum est vnicornu sumpta experien-
tia in duabus columbis, cum utrique
venenum propinatur. Sed quia sup-
positum est quod plerung; à mer-
catori

CATALOGVS

catoribus pro monocerino vendi-
tur, ego semper vsus sum rasura cor-
nuceruini, id quod nobiscum sensit
Simon Riquinus libro de febre suda-
toria, quæ germaniæ quondam mul-
tus inuasit, *Hispanice.* Vnicornio.

Pro Vnicornu. Cornu cerui.

VINVM FALERNVM

GAlenus libro de antidotis. l. vi.
Gnum falernum elegit pro the-
riacæ præparatione. Quo etiâ
vſus est in alijs medicamētis, vt patet
•7. per locos, et lib. 2. per genera cap
10. quibus in locis, falerni inopia, vi-
num giluum aut rufum, vetus tenuis
substantiæ et odoratissimū, quale in
hispania reperitur. Cæterum quale
capiendū sit, quādo in medicamen-
tis simpliciter scribitur cōponēdis,
Galenus monstrauit lib. 1. de compo-
sitione per locos cap 8. vbi breuitatis
causa lectorē remittimus *Hispanice.*
vino

Vino falerino.

Pro Vino falerino. Hispanicū albū
odoratum.

De litera X.

XILOBALSAMVM

Xylobalsamum id est lignum balsami, non secus ac carpobalsamum, et opobalsamum in seplasijs seruatur adulterinū: quoniā veri xylobalsami notę in nostro desiderantur. Sunt qui ex Galeno libro sucedaneorum sibi adscripto violarū albarum radicem supponat ac si aliqua stet in illis violæ albæ tenuissimis radicibus et superuacuis qualitas, facultas ve quæ veri xylobalsami defectum supplere possit. Qua de re qui nolit vulgare xylobalsamum in usum recipere, xyloaloem supponat, hoc est agallocum sive lignum aloes, ut cū matthiolo cronemburgius

CATALOGVS.

gius & ali recentiores testatur, Hispa-
nica xylobalsamo.

Pro xylobalsamo. lignum aloes.

De litera. Z.

ZEDOARIA.

Zedoaria in diamasco dulci Me-
suæ radix est ab arabibus in
ueta, cuius Græci recentiores
meminerunt. Eam apud nos veram
inueniri minime putamus. Quæ .n.
nun habetur non est rotunda, ut ari-
stolechia, vt inquit Serapio cap. 12.
simplicium. substituere igitur con-
ueniet pro adoaria, aristolochiam
ex auicennæ sententia . 2. can . cap.
745. sic scribentis zadoaria est in vir-
tute aristolochiæ. Hispa. zedoartia.
Pro zedoaria. Aristolochia.

ZVRVMBET.

Mefuxus

MEsuæus in electario de gemis,
zedoariam, & deinde zurum
bet ponit. Quæ vox multis in
gessit dubitationem. Nam serapio ex
Itaac procerā arborē esse inquit in o
riente Auice, herbam definit. Credi
tur nil aliud esse Zurumbet, quam
græcorum arnabo: quod palam ex
Paulo libro. 7. cap. 3. & ex Serapio-
ne intelligitur, cap. 271. Nunc apud
nos non inuenitur: eoq; ex ipsis Se
rapionis scriptis, nucem molchatam
supponemus, aut casiam, aut cube
bas *Hispanice*. Rayz devn arbol de
oriente.

Nux Moschata.
Prozurumbet. { **Casia lignea.**
 { **Cubebæ.**

FINIS.

INDEX SIM-

plicium medicamentorum quę
in libello deſtribuuntur.

- Acorum. folio. j. Antimoniū. xij.
Acacia. j. Adiatum. xij.
Absynthium. ij. Arthamita. xij.
Asarum. iij. Alumen. xiii.
Abrotонum. iij. Afius lapis. xv.
Amomum. iij. Amylum. xv.
Aspalathus. iiij. Amiantus lapis.
Agaricum. v. xvi.
Apium. vj. Albatecha. xvii.
Aesvstum. vj. Aerugo. xvii.
Ammoniacū. vij. Aq marina. xvij
Aristolochia. vj.
Ammi. viij. Bdellium. xviii.
Anacardus. viij. Bitumen. xix.
Aqua pluua. ix. Behen. xx.
Aparine. ix. Balsamita. xxi.
Adeps. x. Berberis. xxi.
Anisum. xj. Bedeguar. xxii.
Asphodellus. xj. Blatia byzantia.
Alleluya. xj. xxiii.
Aloe. xij.

INDEX.

- Balaustiū. xxiii. Cytisus. xxxviii.
Bolus. xxiii. Crocum. xxxix.
Bronia. xxv. Cynnabaris. xl.
Buglossum. xxvi. Cadmia. xl.
Colophon. Colophonia. xlj.
Calamus aroma- Cantharides. xli.
ticus. xxvi. Chalcitis. xlii.
Cinnamomum. Cornucerui. xlii.
xxvii. Cerussa. xlvi.
Cafia. xxviii. Cerapótica. xlvi.
Cancrys. xxix. Cimolia. xliii.
Camphora. xxx. Citrullus. xlvi.
Cambil. xxxi. Cortex capparis.
Chāædrys. xxxii. xlvi.
Costus. xxxii. Consolida. xlvi.
Cardamomum. Carta combusta.
xxxiii. xlvi.
Carpesiū. xxxiii. Chrisocolla. xlviij
Calamīta. xxxiiij. Dictānum. xlviij.
Castorium. xxxv. Diphryges. xlix.
Carpobalsamum. Doronicum. xlix
xxxvi. Daucus. l.
Cicuta. xxxvii. Damasonium. l.
Citinus. xxxviii. Dorycnium. li.

INDEX.

- Eupatorium. ij Hæmatites lapis
Epipetrum. ij lxiii
Efsula. iiij Hyssopum. lxv
Euphorbium. liij Harmel. lxv
Endiuia. liij Hermodactylus.
Elleborum. iv lxvi
Epithimum. lv Halycacabū. lxvii
Ebulum. lv Heyl. lxviii
Elaterium. lvij Hepatica. lxix
Ebenus. lvij Hypocistis. lxx
Folium. lviii Iris illirica. lxx
Flos æris. lviii Iusquiamus al-
Fautel. lix bus. lxx
Fumaria. lix Lapis arme. lxxi
Gratia Dei. lx Labrusca. lxxii
Gummi Arabi- Lingua auis. lxxii
cum. lx Loti arboris cor-
Galbanum. lxi tex. lxxiii
Glaucium, lxi Lacca. lxxiii
Gentiana. lxii Lycium. lxxiiii
Glutēt alzanach Ligusticū. lxxiii
lxxiiii Lapis pyrites.
Galla omphaci- lxxv
tis. lxiii Lapis lyncis. lxxv

INDEX.


- Marum. Ixxvi. Opium. lxxxix
Myrrha. Ixxvii. Oleumvetus. 89
Mumia. Ixxvij. Origanum. xc.
Mandrag. Ixxviii. Oleum muscelli
Molybdena, lxxix num. xc.
Melatticum. lxxx Omphaciū .xcj.
Macer & Macis. Opopanax. xci.
Ixxx. Oleum ompha-
Morū succ⁹.lxxxj cinum. xcii.
Medulla ceruina. Oculi populi. 93
Meum. Ixxxij Pompholix.xcij
Malicoriū. lxxxiij Propolis. xciii.
Matricaria.lxxxiij Petroselinū. xciv
Melilotū. lxxxiii. Peplos. * xciv,
Mify. lxxxiii. peucedanū. xcvi
Mana. lxxxv. Piper. xcxi.
Polygonū.xcvii.
Nitrum. Ixxxvi. Phrygi⁹ lapis. 97
Nux moschatus. Praſium. xcvi.
Ixxxvii. Peilecinū.xcvij
Nasturtiū. lxxxvij Petroleum.xcix
Opobalsamū. 88. Rhcupōticū. 99.
Ocimum citratū. Ribes. c.
Ixxxviii. Rulcum. c.

INDEX.

<i>Spodium.</i>	ci.	<i>Scámoniū.</i>	cxiij.
<i>Satyrium.</i>	cii.	<i>Sæuum.</i>	cxiij.
<i>Smyris lapis.</i>	ciii.	<i>Spica.</i>	cxv.
<i>Secacul.</i>	ciii.	<i>Sciamum.</i>	cxv.
<i>Sebesten.</i>	ciiii.	<i>Staphisagria.</i>	cxv.
<i>Setaragi.</i>	ciiii.	<i>Scordium creten.</i>	ciiij.
<i>Squāma æris.</i>	cv.	sc.	cxvi.
<i>Scincus.</i>	cv.	<i>Sedenegi.</i>	cxv.
<i>Scylla.</i>	cvi.	<i>Terra lēnia.</i>	iiij.
<i>Serpentaria.</i>	cvi.	<i>Turbit.</i>	cxix.
<i>Sylphium.</i>	cvii.	<i>Thais mascul.</i>	iiij.
<i>Salindus.</i>	cvii.	<i>Therebétina.</i>	120
<i>Suchacha.</i>	cviii.	<i>Thymus.</i>	cxxi.
<i>Sisonum.</i>	cviii.	<i>Tribulus mari-</i>	
<i>Saxifragia.</i>	cix	<i>nus.</i>	cxxii
<i>Ság. húman⁹.</i>	cix	<i>Thapsia.</i>	cxxii
<i>Seseli.</i>	cx.	<i>Tlaspī.</i>	cxxiii.
<i>Struthion.</i>	cx.	<i>Tussilago.</i>	cxxiii.
<i>Sagapenum.</i>	cxi.	<i>Thymelea</i>	cxxiiii
<i>Sal ammoni.</i>	cxi.	<i>Vnicornu.</i>	cxxiiii
<i>Sandaracha.</i>	cxii.	<i>Vinū falernū.</i>	125
<i>Sádalus citrinus.</i>	cxiii:	<i>Xiloballamū.</i>	125
<i>Sabina.</i>	cxiii.	<i>Zedoaria.</i>	cxxvi
		<i>Zurúbet,</i>	cxxvi

¶ FINIS.

xiiii.
xviii.
cixv.
cixv.
.cixv
cixv.
xviii.
118.
cixx.
il.119
1.120
cxiij.
nari-
xxii
cxiij
xiii.
cxiii.
cxxiii
.125
.125
xxvi
xxvi







TRAGOSO
DE
SAPLICI

H - 1